sacrilego complexu procreatis alimenta
deberi suis à patribus, iure ciuili[c] non itē;
4 denique 4 iure Pontificio[d] depræhensum [b] *c. cùm haberet. de eo qui duxit in vxorem quā poll. per adult.*
in adulterio non posse impunè vel per
maritum vel per patrē perimi, iure[e] ciuili [c] *auth. ex complexu. Cod. de incest. nupt.*
posse, quamuis nō omnino promiscuè[f].

Cæterum quia fieri non potest vt hisce de differentiis & discriminibus omnibus aliis rectè iudicetur nisi fontes aperiantur vnde tales differentiæ profluunt omnes, operæpretium facturi videbamur si breuiter eô digitos intēderemus. Quod vt faciamus vtiliter, finis vtriusque iuris necessariò nobis est inuestigādus; vtpote quo vel ignorato vel cognito, differētiarum simul illarum ratio tota vel ignorabitur vel cognoscetur: immò verò, nisi finis teneatur, pro differentibus frequenter habebuntur quæ re ipsa differunt nihil. Igitur qui de vero legum quarumcumq; fine non perperā neque pueriliter iudicaturus est, is necessariò considerabit ipsum vel Corpus vel Collegiū vel Societatem vel Ciuitatem seu Rempublicā seu Communitatem, cuius gratia leges illæ ferūtur atque sanciuntur. oportet, inquam, diligenter videat & acriter intueatur, cuiusmodi sit ipsa societas humana cuius est illa lex, vel cui seruit illa lex, & quisnam sit societatis eiusdē finis vltimus; cùm leges omnes ad eūdem quoque finem referantur,

2 Finis inuestigatiō quā necessaria.

3 Finis legū quomodo cognoscendus et vnde sit æstimandus, ex fine nimirū politiarū quibus applicantur.

[d] *c. inter hæc. et seqq. 33 q. 2. & ibi Glossographus & DD.*

[e] *l. quod ait. & l. marito. π. ad leg. Iul. de adult. et stup.*

[f] *d. l marito. et l. nec in ea. π. ad l. Iul. de adul. et stupr. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. & stupr. et alibi.*

tur, ita vt legum quæ cúlibet finis omnino sit æstimandus ex fine Societatis vel Reipub. seu cœtus ipsius cui leges applicãtur. Nam quemadmodum sagaciter & acutè, sicut omnia, vidit ac animaduertit scriptumque nobis reliquit Aristoteles [a], nõ Respublica legibus accõmodatur sed leges accommodãtur ipsi Reipublicæ. Nec enim tendunt aliô leges quàm vt modum quendam præscribant quo perueniatur ad eum ipsum finẽ qui propositus est ipsi seu cœtui seu societati humanæ cui leges dantur. vnde consequens esse dicit, vt si laudabilis fuerit Respublica, laudabiles etiam salutaresque sint eiusdem leges, at si vitiosa pernicioságq; sit Respublica vitiosæ simul pernicioséque sint eiusdẽ leges. ὁμοίως ταῖς πολιτείαις, inquit [b], ἀγάτκη καὶ τοὺς νόμους φαύλους ἢ σπουδαίους εἶναι, καὶ δικαίους ἢ ἀδίκους. πλὴν τοῦτό γε φανερὸν, ὅτι δεῖ πρὸς τὴν πολιτείαν κεῖσθαι τοὺς νόμους. ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο, δῆλον ὅτι τοὺς μὲν κατὰ τὰς ὀρθὰς τῶν πολιτείας ἀναγκαῖον εἶναι δικαίους, τοὺς δὲ κατὰ τὰς παρεκβεβηκυίας οὐ δικαίους. Quo loco D. Thomas Aquinas, optimus Aristotelis paraphrastes (vt verbum verbo reddere nũc hic necesse non sit) De legibus dicendum est, inquit [c], sicut de politiis: sicut enim quædam politiæ sunt prauę & iniustæ, & quędam studiosæ & iustæ; sic sunt leges quædam iustæ & studiosæ, quædam praui & iniustę: quia leges dantur de conferẽtibus ad finẽ politiæ. Ergo si finis politiæ rectus

4 Qualis Respublica tales leges.

a *Arist. lib. 3. Polit. cap. 7. in fi. et lib 4. c. 1. sub finẽ.*

b *Arist. d. lib. 3. polit. cap. 7. in ipso fine.*

c *D. Thomas in Arist politica lib. 3. lect. 9. §. vlt.*

» est simpliciter,& politia recta; & lex data
» de his quæ sunt ad talem finem recta est: si
» finis politiæ non sit rectus,nec politia re-
» cta, nec lex data de conferẽtibus ad finem
» talis politiæ recta erit.Et si hoc,manifestũ
» est quòd leges quę dantur secundum po-
» litias rectas,sint rectæ;quæ secundũ transgressiones,non rectæ sint. Hactenus illic Aquinas; illotiore quidẽ, sicuti tempora tunc erant, sermone, sed interpretatione verissima solidissimaque. Clariùs ac paulò pleniùs expressit idipsum deinceps Aristoteles [a], vbi finẽ cuiusque societatis in condẽdis legibus considerãdum esse docet, vt eôdẽ leges eiusdẽ societatis omnes referantur; secundũ quas & ipsosmet Magistratus oporteat imperare seu præesse. δεῖ τὰς διαφορὰς, inquit, μὴ λανθάνειν τὰς τῶν πολιτειῶν πόσαι καὶ συντιθέναι πόσαχῶς. μιᾶς δὲ τῆς αὐτῆς φρονήσεως ταύτης, καὶ νόμους τοὺς ἀρίστους ἰδεῖν, καὶ τοὺς ἑκάστῃ τῶν πολιτειῶν ἁρμόττοντας. πρὸς γὰρ τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι, καὶ τιθέντας πάντες, ἀλλ' οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. πολιτεία μὲν γάρ ἐστι τάξις τοῖς πόλεσιν ἡ περὶ τὰς ἀρχὰς τίνα τρόπον νενέμηται, καὶ τί τὸ κύριον τῆς πολιτείας, καὶ τί τὸ τέλος ἑκάστης κοινωνίας ἐστὶ. νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πολιτείαν, καθ' οὓς δεῖ τοὺς ἄρχοντας ἄρχειν, καὶ φυλάττειν τοὺς παραβαίνοντας αὐτοὺς. ὥστε δῆλον ὅτι τὰς διαφορὰς ἀναγκαῖον καὶ τὸν ἀριθμὸν ἔχειν τῆς πολιτείας ἑκάστης, καὶ πρὸς τὰς τῶν νόμων θέσεις. οὐ γὰρ οἷόν τε τοὺς νόμους συμφέρειν ταῖς ὀλιγαρχίαις οὐδὲ

[a] Arist. lib. 4. polit. cap. 1. sub finem.

ταῖς

ταῖς δημοκρατίαις πάσαις, εἴτωερ δὴ πλείω καὶ μὴ μία δημοκρατία μόνον ἐστίν. Quæ quidem tota clauſula quoniam non ſatis vel fideliter vel ſignificanter ab interpretibus eſt hactenus Latinè reddita, ſic nobis & craſſiſſimè & apertiſſimè vertẽda videbatur.

» Oportet non ignorare differentias politiarum, quotnam (politiæ nimirum) ſint,
» & quotifariam componantur: eademque
» cum prudentia conſiderare ſimul oportet
» & leges optimas & vnicuique politiarũ
» congruentes. quãdoquidem leges opor-
» tet ad politias accommodare, ſicut & o-
» mnes accommodantur, non autem è con-
» trario politias ad leges. nam politia quidẽ
» eſt ciuitatibus ordo, qui circa Magiſtra-
» tus ipſos, quanam ſcilicet ratione creẽtur,
» datus eſt; & quidnã ſit illud à quo ſumma
» politiæ dependet, ſeu quod politiæ tenet
» principatum; & quiſnam ſit finis cuiuſq;
» communitatis. Leges autem ſeiũctæ ſunt
» ab iis quæ manifeſtãt politiam, ſecundum
» quas oportet illos qui imperãt imperare,
» earundemque tranſgreſſores obſeruare.
» Vnde palã fit ad leges quoque condendas
» eſſe neceſſarium tenere tum differentias
» tum numerum vniuſcuiuſque politię. nec
» enim fieri poteſt vt eædem lẽges conue-
» niant omnibus oligarchiis. i. paucorum
» principatibus, vti nec omnibus democra-
» tiis. i. popularibus, principatibus; cùm nõ
» vna tantùm ſit vel democratia vel oligar-
» chia, ſed plures. Hactenus Ariſtoteles. In

quem rursus locũ D. Thomas [a] inter alia tribus verbis rem quasi acu tangit; leges differunt, inquit, secundum diuersitatem finium, cuiusque nimirum politiæ: status popularis & status paucorum non est idẽ finis &c. moxque periodum claudit hisce verbis, *leges diuersificantur secundum diuersitatem finium.* Docuit idipsum priùs ipsemet Plato [b], priscos imitatus cum Socrate suo Philosophos, tot esse nimirum formas legum quot sunt formæ Rerumpublicarum; legibus omnibus cum [c] sagittario venustissimè comparatis; vt quæ semper ad scopum singulis Respublicis propositum colliment instar sagittarij. nec ineptè leges alibi [d] dicit id esse Rebuspub. quod fulcra sunt ædificiis totam sustinẽtia structuram; quibus motis, & structurã corruere sit necesse; quãdoquidem sine legibus nullæ prorsus Respubl. suo potiri fine vel subsistere possunt. quô spectabat & Xenophõ [e] author grauissimus, idemque Socraticus, dum legẽ definiret præscriptricem eorum quæ sunt facienda quæve fugienda, quò nempe finem suum consequatur ipsamet politia cuius est illa lex. Illustratur eadem sententia per legis descriptionẽ à Chrysippo [f] traditam, qua præter alias clausulas legem tum reginam tum Canonem seu regulam vocitat, eò quòd omnes humanas actiones iustitia duce dirigat in finem cuique politiæ propositum. sicuti regula fabrilis dirigit opus fabrile.

5 Tot formæ legũ quot Rerũpubl.

6 Lex instar sagittarij.

7 Lex instar fulcrorum.

8 Lex quid.

9 Lex Canon seu regula fabrilis.

a D. Thom. in Arist. polit. lib. 4. lect. 1. §. declarat quod oportet ipsum considerare de diffrentiis legum.

b Plato dial. 4. de legibus.

c Plato dial. 11. de legibus.

d Plato dial. 7. de legibus.

e Xenophõ lib. 1. de factis et dictis Socratis.

f l. 2. π. de ll.

fabrile. quia leges nihil aliud quàm quædam sunt vel media vel remedia vel modi quibus ad finem cuiq́ue Reipub. propositum perueniatur. In quem sensum Leonardus Aretinus hanc Aristotelis clausulam superiorem per se satis obscuram, νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πολιτείαν, ita vertit; leges autem rerumpub. variæ sunt, per quas modus gubernandæ Reipubl. significatur. id quod in effectu quidem (nam sublimius quid spectare videtur Aristotelis vt mox dicetur) ab interpretatione D. Thomę non prorsus abhorret. Sanè Plato partim in Minoe partim in dialogis de Republ. déque legibus ita de lege disputat, vt ex collectione tum Ficini[a] tum Iauelli[b] definitio tandem legis Platonica resultet ferè talis; *Lex est vera gubernandi ratio quæ ad finem optimum per commoda media dirigit gubernatos, obedienti præmium, transgredienti pœnam statuens*. Illud ex Aristotele cumprimis est obseruandum pro memorabili, non tantùm primarias illas Rerumpubl. formas, numero sex; peculiarē sibi singulas habere finem propositum, verum etiam singulas Rerumpub. formas in alias interdum subdiuidi formas omnino diuersas quatū singulæ proprium peculiaremq́; respiciāt finem, quarumq́; leges ad eundē quoq; peculiarem per consequens finē referantur. exempli gratia; status Oligarchicus nō est vnicus, vti nec status Democraticus est v-

10 Lex quid Platoni.

11 Sex Rerū-pub. formę, cum variis formarum singularum generibus, causa diuersi peculiarisque legū finis.

a *Marsilius Ficinus in arg. Minois apud Platonem.*

b *Iauellus in Epitome politicorum Platonis Tract. 3. cap. 1.*

 nicus,

nicus, at ſępenumero varius ac multiplex; vnde ſimiliter cõſequi dicit Ariſtoteles [a], vt & finis tum Democraticarũ tum Oligarchicarum legum nõ ſit ſemper vnicus & idem, ſed pro varietate finis politiæ vel Democraticæ vel Oligarchicæ varium quoque conſtitui finem legum vel Democraticarũ vel Oligarchicarum. Quare tantum abeſt vt vnus idemque poſſit eſſe finis legum ſtatus Regij cum fine legum ſtatus Democratici ſeu popularis, vt etiã finis legum ſtatus vnius eiuſdéque ſummi generis non ſemper ſit vnus idemque; nempe ſi contingat vt ille ſtatus in plures alias migret abeatque formas quaſi ſubalternas, quemadmodũ de pluribus democratiæ formis deque pluribus Oligarchię generibus proponebat illic Ariſtoteles [b], & in ſequentibus pleniùs explicat. quia (ſicuti dictum fuit) non ſolùm ſi ſumma politiarum genera differant finibus, different etiam eorũdem leges finibus, verum etiam quãtumlibet vnici ſit nominis politia, veluti democratia, ſi tamen non ſit vnius omnino generis hæc eadem democratia, leges eiuſdem quoque non vnum eundemque reſpicient finẽ, ſed vnicuique democratię propriũ ac peculiarem, prout nimirum finis eſt vniuſcuiuſque ſpeciei ſtatus democratici ſeu popularis. Breuiter & in ſumma, frequenter vnicum politiæ genus in diuerſas fiſſum formas diuerſos reſpicit fines, & per conſequens pro finiũ eorun-

[a] *Ariſt. d.c. 1. lib. 4. politic. in ipſo fine.*

[b] *Ariſt. lib. 4. polit. cap. 2. et ſeqq.*

eorundem diuersitate diuersis habet opus legibus. Ac nisi nobis res hic esset futura cum nonnullis hominibus refractariis & opinionis, testimonio grauissimorũ Philosophorum tam solicito tamque multiplici nequaquã fuisset opus; cùm vel sola ratio naturalis id quod hactenus de legũ quarũlibet finibus prudenter æstimandis & commodè regũdis allatum fuit omnino dictitet. Verùm refrenandi sunt homines quidam insolentiores, qui dum rationibus quantumlibet viuis in gyrum sese rationis duci non patiuntur, authoritatibus etiam tãtorum Philosophorum percellendi sunt. Obiter hic interim videtur explicandum paulò clariùs, quid sibi velit Aristoteles [a] dum leges dicit esse seiunctas ac separatas ab iis omnibus quæ politiam describunt. Vult enim, nisi fallor, leges non esse quidem partem politiæ, nõ magis quã vel Auriga sui currus vel Nauclerus nauigij pars est; sed ab omnibus iis per quæ describebatur politia distinctas eidem politiæ toti tanquam ductrices & gubernatrices & iusti semper efflagitatrices quasdam præsidere ac imminere; quibus vel ipsimet Magistratus etiam parere teneantur, & quarum præscripta sedulò sequi debeant, vt ad finem vnicuique politiæ propositum feliciter perueniatur. Quod autem sępiùs inculcat Aristoteles [b] leges politiis non politias legibus accommodandas esse, fortassis illustrari nõnihil

a *Arist. d. lib. 4. polit. cap. 1. sub fin.*

b *Arist. d. lib. 3. polit. cap. 7. & d. lib. 4. polit. cap. 1. & alibi sæpiùs.*

12 Leges quo sensu dixerit Aristoteles esse separatas ab iis quę Rẽp. describunt.

13 Leges politiis non politias legibus accommodatas esse cur dixerit Aristoteles.

poterit per illud vulgi dictum Philosophis vsurpatum, calceos pedibus non pedes calceis accommodãdos esse. Cur non potiùs ad omnium optimas quasque leges accommodantur ipsemet è contrario politiæ, sic sese multò meliùs (vt prima facie videri posset imperitioribus) habituræ? Rationem tetigit Aristoteles ipse clarissimam hanc, quòd non semper id quod est optimum possint obtinere politiæ quæuis, nec eius quod est optimum sint capaces; ideoque moderandas & flectendas gubernandi habenas pro vel captu vel capacitate subditorum quorumlibet. Vnde stultissimus & summè ridiculus detegitur atque deprehenditur hominum quorundam semidoctorum conatus, qui cunctas cunctorum populorum vni vel Imperatori vel Regi cuipiam parentium leges, cunctas consuetudines, in vnam censent redigendas esse conformitatem seu consonantiam, & ita cunctos vnius Monarchiæ homines iisdem regendos esse legibus; operâ etiam in id sua Principibus interdum, si Diis placet, oblata. Sutores egregij; cunctis cunctorum pedibus, vnius eiusdémque formæ calceos accómmodaturi. Sex denique generales politiarum formæ de quibus Aristoteles per integros octo libros fusissimè disserit, sunt hæ; tres quidem priores rectæ, posteriores autem prauæ: nimirùm [a], βασιλεία, ἀριστοκρατία, πολιτεία, τυραννὶς,

14 Quam stultus illorum sit conatus qui leges et cõsuetudines vbique volunt easdem.

15 Sex formæ Rerũpublic. breuiter explicatæ.

[a] Arist. lib. 4. polit. cap. 2.

νὶς, ὀλιγαρχία, δημοκρατία. primum genus est potestatis Regiæ, cuius vel transgressio vel degeneratio (παρέκβασιν vocat Aristoteles) tyrannis est; secundum genus est gubernationis Optimatũ, cuius vel transgressio vel degeneratio Principatus est paucorum diuitum & opulentorum sibi priuatim studentium, qui dicitur Oligarchicus; tertium genus communi vocabulo nominatur politia seu Respublica liberorũm promiscuè ciuium virorum bonorum, quæ si degenerauerit in vitium fit status democraticus, id est, popularis. primũ genus est solius vnius imperãtis, nunc legittimè, nunc illegittimè, nẽpe Monarchicum; posteriora duo genera sunt plurium quidem simul imperantium, veruntamen inter se non tam numero seu multitudine seu paucitate quám vel prudẽtia cæterisq; virtutibus vel opibus atq; diuitiis vel titulo nobilitatis vel harũ contrariis distincta. quod luculẽter contra nonnullos antiquos hæc numero solo distinguẽtes explicat Aristoteles [a]. Cæterùm de trigemina hac politiarũ ratione tota, singularum partibus, differẽtiis, cõmistione, principiis, progressibus, effectibus, mutationibus, disputatio plenior huius nostri prẽsentis nõ est instituti. fontes Aristotelici pro re nata sunt adeundi. nobis abũdè suffecerit euidenter euicisse, finẽ legũ quarũlibet ex fine Cõmunitatis ipsius cui leges eædem seruiũt æstimari debere. quod ipsum

[a] Arist. lib. 4. polit. cap. 4.

ipsum quoque plenius & luculẽtiùs prosequitur Aristoteles a vbi de optimo quęrit statu ciuitatis: minimè pręteritis variorum illustrium populorum exemplis qui qualem sibi proposuerant suæ Reipub. finem, tales etiam tulerint leges eôdem respicientes; vt Lacedæmonij, Cretenses, Scytæ, Persæ, Thraces, Galli, Carthaginienses, Macedones, Iberi.

16 Illustres aliquot Populi temporibus Aristotelis.

Videamus ergo nunc, quænam sit, & qualis, & quem sibi propositum habeat finem, Communitas illa vel Corpus illud cui leges Põtificiæ vel iura Canonica dantur & applicantur; item quodnam sit & quale sit, & quẽ sibi propositum habeat finem, Corpus illud cui iura Principũ vel populorum ciuilia dantur & applicãtur.

17 Ius Pontificiũ ius est Ecclesiasticum.

Ac profectò mortalium nullus vnquam iustè dubitauerit quin ius Põtificium seu Canonicum sit ac passim b nominetur ius Ecclesiasticum; sicut & nuper adhuc illud post suos maiores iurisprudentiam nominauit Ecclesiasticam præclarus & insignis Theologiæ professor Dominicus c Bañes Mondragonẽsis in suis ad Summã Theologicam Diui Thomæ Commentariis.

18 Politiæ Ecclesiasticæ seu spiritualis & politię Ciuilis diuersi fines.

Corpus igitur illud vel Communitas illa cui seruiũt leges Ecclesiasticæ, procul dubio sola Christi Seruatoris ac Liberatoris est Ecclesia. quemadmodũ Corpus illud vel Communitas illa cui seruiunt leges cunctæ ciuiles, politia seu Respublica ciuilis est. quamobrem si diuersa planè sint hæc

a *Arist. toto lib. 7. polit. & præcipuè cap. 2. & cap. 13.*

b *c. 1. dist. 3. c. 1. dist. 15. c. leges Ecclesiæ. c. vnaquæq; prouincia. 3. q. 6. c. infames. 6. q. 1. c. remoto. 7. q. 1. c. conspirationum crimina. 11. q. 1. & alibi frequentius.*

c *Dominicus Bañes in summam D. Thomæ part. 1. quæst. 1. art. 8. dubio vlt.*

hæc duo Corpora, quæ singula finem sibi non vnum eundémque sed omnino diuersum singularémque habent propositum, fieri non poterit quin & horũ Corporum tam diuersorum leges finem quoque respiciant non vnum eundemque sed omnino diuersum suóque Corpori proprium ac peculiarem singularemque. Leges Ecclesiasticas dum dicimus, vel Ecclesiæ Corpus dum nominamus, nemo tam vel rudis est vel stupidus quin intelligat de legibus nos hic loqui non tantùm quę solas ad Ecclesiasticas pertinent personas vel ad solas res Ecclesiasticas, verũ etiam quæ cunctis applicantur Ecclesiæ filiis, id est, Christianis omnibus Catholicis; eo nimirum sensu vocis Ecclesiæ, quo fidei Christianę sumitur articulus hic in Apostolico symbolo CREDO SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM. Quod quidẽ Corpus admirabile prorsus & heroicum longè patet latiùs quàm patuit vllus vnquam Principatus vel Monarchia Ciuilis, vtpote per vniuersa lõgè latéque diffusum climata mundi seu terminos terrę. Cuius iccirco Corporis Ecclesiastici ciues omnes Ecclesiasticis quoque legibus regantur oportet: non minus Principes ipsimet, Imperatores [a], Monarchę, Reges, ac alij quicumque, quàm populus reliquus Christianus, quandoquidem Principes etiã Christiani sunt ipsius Ecclesię tum filij [b] tum ciues tum totius Chri-

19 Ecclesiasticũ Corpus quomodo sumatur.

20 Ecclesiastici Corporis amplitudo.

a c. cùm ad verum ventum est. cap. duo sunt. c. si Imperator. dist. 96. c. omnes. et c. solitæ benignitatis. de maio. et obed. latè Panorm. ad c. 1. de cõstitut.

b d. c. si Imperator. et alibi.

Christiani gregis oues quędam, vniuersali huius ouilis pastori per ipsum Christū instituto [a] semper ex ęquo subiecti quamdiu Christiani & esse & audire voluerint.

[a] Ioann. vlt.

21 Finis Ecclesiastici huius Corporis.

Et quisnā, quæso, tādem propositus est finis, quisnā scopus, huic Ecclesię vel Ecclesiasticæ politiæ, Corpori, inquā, omnino mystico planéq; spirituali? dubitādum nō est, quin ille sit vita Christianorū talis quā cœleste regnū seu salus æterna seu sempiterna beatitudo post huius vitæ terminū sequatur. quæ sola beatitudo totius huius Ecclesiasticæ militiæ præmiū est propriū ceu finis vltimi huic Ecclesiasticæ politiæ in hoc mundo propositi (bonæ nimirum Christianęq; vitę) fructus genuinus lōgéque vberrimus. Hūc ergo leges oēs Ecclesiasticę respiciāt et collimēt necesse fuerit, instar sagittariorū non Platonicorū [b] sed Christianorū; vt nimirū per mores homine Christiano dignos tam quoad credēda quàm quoad faciēda vel non faciēda ciuē vnūquemq; dirigāt ac deducāt ad ipsiusmet (in qua versatur & cuius est ciuis) politiæ, dico Ecclesię, finē; ad vitā scilicet verè Christianam: quæ in animorū seu conscientiarū puritate, remissis beneficio meritóque Christi per Ecclesiæ ministros vniuscuiusque peccatis, cōsistit; & vnde salus æterna seu beatitudo sempiterna post hanc vitam sit expectāda. quandoquidem legum quarumlibet finis est, ciues in eum dirigere finem qui vnicuique politię proposi-

[b] Plato d. dial. 11. de ll.

tus

positus est. spirituale quoddã Corpus est, & politia quędã spiritualis, Ecclesia; spiritualis igitur sit & eiusdem finis necessariò consequẽs est. quid autẽ spirituale magis quàm in hac vita peccatis animas posse liberari conscięntiasque purgari? qualis vita nusquam reperitur alibi quàm in hac sola politia Ecclesiastica diuinitus instituta.

22 De lustrationibus & purgationibus animorũ somnia philosophorum.

Multa somniarũt olim Platonici similesque Philosophi pręstãtissimi tũ de lustrationibus & purgationibus animorũ tũ de expiationibus criminum, sed nihil pręter ineptias ac nugas attulerũt. Hoc immensum bonũ soli dedit Ecclesię suę, Corpori inquam huic suo spirituali, Christus Dñs. Hoc inuitamento solo pellecti Principes oẽs terræ, cum populo Gentili cũcto, nomẽ olim suũ Christo dederũt; vt videlicet in hac ipsa Ecclesia salutẽ operarẽtur suã, remedio peccatorũ remittẽdorum semel inuẽto. Studio datáq; opera finẽ Ecclesiasticæ politię posui vitã Christiano homine dignã, nõ autẽ ipsam beatitudinẽ sempiternam: quia quatenus Ecclesia militãs quoddam Corpus est in terris politicum, quod suo tempore finietũ, nõ potest nõ similis naturę similisq; proportionis finẽ vltimũ ceu scopũ sibi habere propositũ; cuius nimirũ finis fruitio possit & in terris obtineri: quatenus verò cõsideratur eadẽ hęc Ecclesia militans vt ac tanquã spõsa Christi, finẽ sibi habet propositũ longè sublimiorem, vitã videlicet æternam.

23 Duplex Ecclesiæ militantis consideratio, multarum difficultatũ submotrix.

quî

quî sic? quoniam spõsæ Christi sunt ipsę-met animæ Christianorum in gratia Dei constitutorum singulæ: quę cùm sint immortales, immortalem quoque, hoc est, in omnem ęternitatem duraturũ sibi propositum habẽt finem. Necessaria prorsus est hæc distinctio geminę considerationis vel sumptionis Ecclesiæ militantis; cùm inter vtramque sumptionem discrimẽ sit ingẽs, cuius ignoratio summas rebus maximis potest offundere tenebras, & cuius animaduersio res alioquin obscurissimas potest singulariter illustrare. Quatenus Ecclesia militans Corpus est politicũ, nec animam per sese dicitur habere, nõ magis quàm alia seu Corpora seu Collegia, seu Societates & Communitates, nec in ęternum durabit vti modò dicebatur, nec paribus in ea sunt homines constituti gradibus at alij præsunt & imperant alij parẽt, alij dignitatibus & honoribus pręeminẽt alij degũt priuati, & sic de cæteris: ratione prorsus eadem qua cunctis aliis in politiarum generibus cõtingit. Sed quatenus Ecclesia militans est spõsa Christi, singulę spectantur animę Christianorum, nec vnquam finietur sed in æternum durabit nisi quòd militię nomen in triumphi nomen sit abiturum, nec vel honoribus vel opibus vel potentia vel rebus vllis externis homines hic distinguuntur sed solis meritis atque virtutibus verè Christianis. adeo vt vel infimi fortè cuiuspiam bubulci vel sordi-

24 Ecclesia Corpus politicum.

25 Ecclesia spõsa Christi.

sordidissimi sutoris anima, propter mentis puritatem frequenter homines latentem, Deo possit esse sponsa tam grata vel etiam gratior quàm summi subinde Pontificis quantumlibet vita tota sanctissimi semper alioquin & integerrimi. Dum Christi spōsam dico, fideles omnes, id est, Christi fidem complexos, intelligo, prout ab infidelibus omnino separati sunt atq; distincti; quod à nostris etiam Corpus fidelium nominari solet, in quo tam sunt mali quàm boni donec in extremo iudicio fiat ab agnis hædorum separatio, veraque tandem appareat sponsa prorsus omni & macula & ruga carens. Quatenus Ecclesia militans est Corpus politicum, nihil aliud re vera quàm vel seruit vel (si clariùs dici possit) inseruit ipsimet sponsę quasi pro quadam seu domo prudēter ac sapiēter administrata seu tabernaculo seu habitaculo luculenter adornato: sed quatenus Ecclesia militans est ipsamet sponsa Christi, Domina prorsus est, huiusce domus habitatrix, & Regina quædam splendidissima, suis ipsamet intrinsecus ornata per Christum dotibus admirabilibus, verbo nimirum diuino, quæ diuina lex est, & septem sacramentis diuinæ gratiæ quasi promptuariis & instrumētis. cui quidem sponsæ vel hac sola dotatione per ipsum Christum facta satis abūdè prouisum fuit tam quoad mores quàm quoad fidem (id quod apertissimè docet D. Thomas [a]) 26 Lex diuina.

[a] *Thom. 1. 2. quæst. 108. art. 2.*

quantumlibet in eas redigeretur angustias Ecclesia, vt nulla prorsus Ecclesiastica politia vel supereſſet vel appareret in terris, quale tẽpus aliquod breuissimũ sub Antichristo futurum exspectatur, neque tamen ob id Ecclesia quatenus est sponsa Christi desinet supereſſe, quinimmo quãtò magis vexabitur tãtò cõspicietur illustrior. interim tamen donec ista defectio venerit, Corpus etiã politicũ pro securissimo spõsæ huius domicilio nunquã deficiet. Si quæras cur ergo legi diuinæ lex accesserit Ecclesiastica, cũ saluti sempiternæ sola lex diuina sufficeret, in prõptu est ratio; quòd nimirũ vita moresq; ciuiũ Ecclesię Christianis hominibus digni per leges Ecclesiasticas necessariò præscribendi (quãdo nulla politia potest esse sine legibus eidẽ politię congruentibus) lõgè facilioré reddant ipsius diuinę legis obseruationẽ; sicuti pręter alios plurimos luculẽter ostẽdit Alphõsus a de Castro. Sapiẽtia diuina b quæ per Salomonẽ dixit, *Cõserua fili mi præcepta patris tui*, simul adiecit ipsamet & hoc, *& ne dimittas legẽ matris tuæ.* Mater hæc, est Ecclesia Christi de qua disputamus, vtpote quæ nos Christo per baptismũ regenerauit. Et sanè, sicut imperitissima foret ac ineptissima quæstio, vel saltẽ dubitatio, nũ pręter legẽ naturalẽ sit opus in profana seu mundana seu terrena politia legibus etiã ciuilibus eandẽ politiã dirigẽtibus, ita nõ minus vel inepta vel impe-

27 Lex Ecclesiastica quorsum diuinæ accesserit.

a *Alphons. aduersus hæreses lib. 6. dict. Ecclesia, hæresi. 3.*

b *Prouerb. 6.*

imperita quæstio, vel saltē dubitatio fuerit, an prēter legē diuinā sit opus in Ecclesiastica politia legibus etiā Ecclesiasticis hāc eandem politiā dirigētibus, Quodsi nemo iustè dubitandum putet quin leges aliquæ ciuiles præter naturalē sint necessariæ politiis quibuscumq; profanis, pari ratione non erit vllo modo dubitandum quin aliquæ leges Ecclesiasticæ prēter diuinā sint necessarię toti politico Corpori Ecclesiastico. quandoquidē sicut leges ciuiles ex naturali ratione deducūtur; ita leges Ecclesiasticæ tanquā vel conclusiones quędā vel determinationes ex lege diuina profluunt & eliciuntur[a]. quas cùm Christus Dominus illorum qui præfuturi sint iudicio reliquerit, pro tēporum, locorū, rerum, personarum, similiumq; circumstantiarū varietate, moderandas, quicunque illos audit quos Christus ad hoc instituit, is ipsum Christū audit; & quicunque spernit illos, ipsum Christū spernit.

28 Vnde profluant leges Ecclesiasticæ.

[a] *c. qualiter & quando 24. de accus.*

Ex hac duplici Ecclesię militātis consideratione per nos hactenus proposita palam fit obiter, quantò sit & splēdidior & augustior tum lex ipsa diuina cum sacrosancta Theologia tum finis eidē propositus, quàm sit vel ipsa lex Ecclesiastica cum sua tota iurisprudentia Canonica vel finis eidem propositus. intelligitur item & illud ex hactenus disputatis, quantò sit & splendidior & augustior tum lex ipsa Canonica seu Pontificia vel Ecclesiastica

29 Legis diuinæ, Canonicæ, Ciuilis, comparatio.

tum finis eidem propositus, quàm sit vel ipsa lex Ciuilis vel finis eidẽ propositus. quia leges cunctæ Ciuiles, cùm ciuilem duntaxat, id est, secularem seu terrenam dirigant Rempubl. (cui non est finis alius propositus quàm vita ciuium talis quæ naturali sit rationi conformis, absque respectu prorsus vllo boni supernaturalis quo conscientia purgatur & peccata remittuntur) nõ possunt altiorem spectare finẽ quàm qui suæ quadrat & verò propositus est Reipubl. vbi contrà, Corpus Ecclesiæ, tanquam politia quædam tota spiritualis, finem semper & vbique spiritualẽ cum suis legibus omnibus intuetur in moribus ciuium suorum componẽdis. Hinc iuris huiusce sacri conditores nunc illud nominãt [a] leges Ecclesiasticas, nunc legem Dei, nunc legem diuinam; ius verò Ciuile, nunc legem seculi, nunc leges seculares, nunc leges mundanas. Certè finis vltimus vel maximè declarat & illustrat rei cuiusque naturam, sicut auctor est Aristoteles [b], & in eundem Sepulueda [c]. Sic Ecclesiasticæ politię naturam cumprimis illustrat hoc, quòd animas Christianas regno cœlesti per huiusmodi vitam reddat in hac etiam vita mortali magis idoneas ac paratiores.

30 Mundanas vocari leges ciuiles, at Ecclesiasticas, diuinas & spirituales.

31 Finis vltimus declarat cuiusq; rei naturã.

32 An salus animarũ sit finis iuris Pontificij, prout volunt plerique.

Interpp. alij cumplures finẽ iuris Pontificij volunt esse salutẽ animarum: quòd quidem sanè intellectum, per se verum est, nec ab hac nostra doctrina discrepat; si nimi-

a c. accusatores & accusationes. 3. q. 5. c. omnes verò infames. cap. beatus Petrus. c. infames. c. nos sequentes. 6. q. 1. c. conspirationũ crimina. 11. q. 1. c. filius ne. ster. de testam. c. 3. Cler. vel monach. secul. neg. se immi. & alibi frequenter.

b Arist. lib. 1. polit. cap. 1.

c Sepulueda in cap. 1. lib. 1. polit. Arist.

si nimirum salutem animarũ accipiamus pro statu animarum in terris adhuc agentium tali qui reddit eas ad æternam salutem capessendã paratiores & expeditiores ac magis idoneas, nõ autem pro statu beatitudinis æternæ post hanc vitam qui soli propositus est Ecclesiæ vt ac tãquam sponsæ Christi nunquam desituræ. Qui profectò salutis animarum priori modo acceptæ finis vltimus ab ipsismet Pontificibus Ecclesiasticarum legum conditoribus adeò frequenter in iure condendo proponitur & premitur & inculcatur, vt ridiculus meritò deprehendatur qui contrà niti velit, vt mox clariùs apparebit. Quem in sensum non pessimè sumi videtur illud Christianis omnibus notissimum & quod in ipsorũ semper ore versetur dignissimũ, EXTRA ECCLESIAM NON EST SALVS; vt extra Noachi arcam non erat vita, sed vndique plurima mortis imago. Trãquillitas, puritas, nitor, splendor, ac denique salus, id est, sanitas omnis animæ, seu conscientiæ mundicies & integritas, in hac etiam vita mortali, nusquam alibi quàm in Ecclesia Christiana potest impetrari. qualis impetratio, cùm priuatim quoad singulos, tum publicè quoad vniuersos, finis est vltimus politiæ totius Ecclesiasticæ; non autem beatitudo sempiterna, multóque minus beatitudo quæpiam planè terrena qualem vel Philosophi vel terre-

33 EXTRA ECCLESIAM NVLLA SALVS.

narum Rerumpubl. fundatores quærunt sibiq́ue pro fine proponunt, alij aliam; sicut & Aristoteles [a] docet, & ratio naturalis dictat, & experientia demonstrat. Qui terrena sibi proponunt in Ecclesia, id est, in Corpore hoc Ecclesiastico, verè quid Ecclesia sit penitus ignorant: quos vel ad vnicum relegãdos existimo libellum Catechismi Tridentini, clarissimè pulcherrimèque quid hic Apostolici symboli articulus CREDO SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM sibi velit explicãtem. Sancti nimirum Spiritus [b] est, quidquid legislationis est Ecclesiasticæ; nec aliô quàm ad ea quæ sunt spiritus & animorum tendit in hac ipsa mortali vita. Probè perspexerunt id præstantissimi quiq́; Theologi; Princeps ipse D. Thomas [c], vbi docet omnia merè cerimonialia iudicialiaq́;, quibus inter Christianos fuerit opus, humano fuisse iudicio per Christum relicta; verbis tandem vsus hisce, Iudicialia præcepta reliquit Dominus disponẽda his qui curam aliorũ erant habituri vel spiritualem vel temporalem. per spiritualem curam intelligens procul dubio politiam Ecclesiasticam, per curam verò temporalem politiam secularem seu terrenam seu ciuilem. Clariùs id expressit Bartholomæus Medina [d] diligentissimus & accuratissimus eiusdem D. Thomæ interpres, Ius Cæsareum componit pacem, inquit, in exteriori Republica; ius Pontificium,

34 Ecclesia spirituale corpus.

35 Spiritus esse sancti legislationẽ Ecclesiasticam.

36 Iuris vtriusque discrimen.

a *Arist. d. lib. 4. polit. cap. 2. & lib. 7. cap. 2. & 17.*

b *c. violatores. 25. q. 1. cap. igitur. 25. q. 2.*

c *Thom. 1. 2. quæst. 108. art. 2. in corpore art. et in respons. ad 3. & 4. arg.*

d *Medina in 1. 2. q. 9. in introductorio fa*

„ ficium,in Republica Christiana & Eccle-
„ siastica; ius Theologorum,docet benè &
„ feliciter viuere in ordine ad Rempublicã
„ cœlestem.pleniusq; seipsum deinceps in-
„ terpretatur quoad illud quod de iuris Põ-
„ tificij fine dixerat, Potestas, inquit,ciuilis
„ constituit & conseruat pacem publicam,
„ potestas Ecclesiastica dirigit hominem in
„ finem supernaturalem.loquitur autem de
legibus humanis conscientias obligantibus.intelligit igitur per finem supernaturalem, conscietiarum puritatem etiam in hac vita,si non & beatitudinem æternam. Quinimmò Ioãnes Gerson Cancellarius olim Parisiensis, vir non minus Philosophus quàm Theologus, isq; & ingeniosissimus & acutissimus,D.º Thomę quoad merè ceremonialia iudicialiaq; suffragatus [a] (ea scilicet omnia reliquisse Christum Ecclesiæ suæ rectoribus) in hac de finibus quęstione multò liberalior plerisq; Theologis aliis,iuri Põtificio finẽ tribuit vltimũ, ipsam beatitudinẽ sempiternam; quantumlibet Canonistas alioqui paulò mordaciùs interdũ reprehendat.propositis enim duabus legis naturalis atq; diuinæ differentiis, priore,quòd lex diuina sit ex reuelatione, naturalis ex dictamine rationis,posteriorẽ sic explicat; Secũda differentia legis diuinæ ad naturalẽ,inquit [b],
„ est,quòd lex diuina principaliter finẽ spi-
„ ritualẽ respiciat,lex naturalis naturalẽ.hu-
„ mana verò lex, potest ad vtrũq; dirigere;

[a] *Gerson in libello de vita spirituali animæ lect. 2. Coroll. 7.*

[b] *Gerson d. lib. lect. 2. Corol. 5. § Secũda differentia.*

» propter distinctionẽ quę dicta est in ter-
» tio Corollario de Canonibus summorũ
» Pontificum, quorum aliqui sunt purè hu-
» mani, respiciunt tamen immediatè finem
» supernaturalem beatitudinis sempiternę.
sic ille. docuerat autem in Corollario illo tertio, cuius hic meminit, leges Ecclesiasticas partim esse spirituales vel diuinas, quamuis impropriè, partim purè ciuiles & humanas: omnium tamen ex æquo legum Ecclesiasticarum quãtumlibet ad res externas quoque pertinentium finem statuit beatitudinem sempiternam. quę sententia plurimorum est Interpp. nostrorũ; quos inter verbosissimus est hac in parte Ioannes [a] Turrecrematæus. At, opinio nostra legi diuinę videtur deferre plus, atque fauere magis, & quod ipsius est proprium sibi relinquere; nec tamen Ecclesiasticæ legi suus per hãc opinionem nostram deerit finis vltimus verè spiritualis & supernaturalis, qui nihilominus Corpori politico non in æternum duraturo congruentissimus est: vbi contrà, finis Ecclesiasticę legis per hosce Doctores posteriores nobis promissus omnino confundit finem legis diuinę cum hoc ipsorũ fine quem volunt esse legis Ecclesiasticę. Quę confusio non aliũde nascitur quàm ex non animaduersa consideratione illa sumptionis Ecclesię pro Corpore politico, & sumptionis Ecclesię pro sponsa Christi. Certè duplex illa militãtis Ecclesiæ

37 Auctoris opinio de fine iuris Pont. quomodo differat ab opinionibus aliorum.

[a] *Ioan. de Turrecremata in Decretũ Gratiani in proœmio suo.*

siæ consideratio, iam superiùs mediocriter explicata, plurimum rebus his commodè distinguendis & veris finibus regundis adfert luminis.

Legislator ipsemet Ecclesiasticus animarum se saluti cõsulere passim dictitat, nulla prorsus Ecclesiasticę legislationis parte (sicuti liquet intuẽtibus) excepta. primò, ne conquirendis decreti Gratianæi testimoniis huc pertinentibus immoremur, in vniuersum de potestatis Ecclesiasticæ ciuilisque discrimine sic ait Gratianus, nõ quidem legislator ipsemet, sed ab Ecclesiasticis legumlatoribus in Ecclesia Christi probatus. duæ sunt, inquit[a], personæ quibus mundus iste regitur; regalis videlicet, & sacerdotalis. sicut Reges præsunt in causis seculi, ita sacerdotes in causa Dei. Regum est corporalem irrogare pœnam, sacerdotum spiritualem inferre vindictã. Dauid ergo etsi ex Regali vnctione sacerdotibus & Prophetis pręerat in causis seculi, tamen subserat eis in causa Dei: vnde Reges à Prophetis & sacerdotibus vngebantur & eorum oblatione peccata Regum expiabãtur, &c. pauculis aliquot exemplis admodum illustribus, ad Ecclesiasticam in ipsos Principes potestatem probandam, simul insertis. ac mox deinceps ita subiungit; Sicut enim non sine ratione iudex gladium portat, ita non sine causa claues Ecclesiæ sacerdotes accipiũt; ille portat gladium an vindictam male-

38 Testimonia legislationis Ecclesiasticæ multiplicia de vero suo fine.

39 Ex Decreto Gratianæo.

40 Potestatis vtriusque, temporalis & spiritualis, discrimina.

41 Gladius Regũ, Claues Ecclesiæ.

a *e. nos si competẽter. § sed notãdum est. 2. q. 7.*

» factorum, laudem verò bonorum, isti
» habent claues ad excluſionem excom-
» municandorum, & reconciliationem
» pœnitentium. Quinimmò Nicolaus pri-
mus [a], Pontifex optimus atque doctiſ-
ſimus, Michaëlem Imperatorem Con-
ſtantinopolitanum docet inſigniter in-
gens illud inter Eccleſiaſticam poteſta-
tem & Imperatoriam poteſtatem diſcri-
men; adeo vt & ipſos Imperatores Chri-
ſtianos pro æterna vita dicat indigere
Pontificibus. per hoc ſatis indicans, Ec-
cleſiæ pro ſuo fine vltimo propoſitam
eſſe vitam æternam. quod licèt pleri-
que referant ad Eccleſiam vt ac tanquam
politiam quandam ſpiritualem, nos ta-
men haud illubenter id Eccleſiæ non vt
politiæ ſed vt ſponſæ Chriſti potiùs ac-
commodauimus, vt clariùs eluceret le-
gis diuinæ & legis Eccleſiaſticæ diſcri-
men. ſummus enim Pontifex non ſo-
lùm vt legiſlator ſeu gubernator ſeu re-
ctor Eccleſiaſticæ politiæ, verumetiam
vt paſtor animarum, vniuerſali ſemper
Eccleſiæ præſidet. Deinde finis vltimus
Eccleſiaſticæ politiæ nihil aliud eſt re
vera quàm vel præparatio quædam vel
adminiculum finis illius vltimi quem ſi-
bi Eccleſia tanquam ſponſa Chriſti ſem-
per habet propoſitum: nam vbi finis vl-
timus Eccleſiaſticæ politiæ deſinit, ibi
finis Eccleſiæ tanquam ſponſæ Chriſti
demum incipit; cùm poſt vitam Chri-
ſtianis

[a] c. cùm ad verum ventum eſt. dist. 96.

42 Pōtifex bifariam cōſideratus, et vt legiſlator & vt Paſtor.

43 Vbi finis vltimus Eccleſiaſticæ politiæ deſinit, ibi finis Eccleſiæ tanquam ſpōſę Chriſti incipit.

stianis dignam sempiterna salus omnino sit speranda. non absimili ratione vulgus eruditorum dicere solet, vbi Physicus desinit ibi Medicus incipit. arctissimo nimirum quasi necessitudinis cuiusdam vinculo lex diuina & lex Ecclesiastica coniunctæ sunt, tanquam circa Corpus vnum idemque, videlicet Ecclesiam, versantes, & animarum saluti consulentes, ac mutuam semper hic operam nauantes; instar vel Regis vel Reginæ, vel patrisfamilias & matrisfamilias, domui suæ sedulò superintendentium atque prospicientium, quantumlibet aliter ac aliter.

44 Legis diuinę cum Ecclesiastica coniūctio.

scilicet alterius sic
Altera poscit opem res & coniurat amicè.

Quo fit vt mirum non sit si finis vltimus alterutrius interdum promiscuè sumatur, & alter alterius frequenter vice fungatur. Ita quoque Gelasius Papa primus Anastasium Imperatorem suæ monet functionis atque stationis propriæ, tanquam non Ecclesiasticis imperantem sed ab Ecclesiasticis pendentem: quippe

45 Promiscua finiū sumptio vnde.

a *cap. duo sunt. dist. 96.*

» cùm videas, inquit a, Regū colla & Prin-
» cipum, submitti genibus sacerdotum; &
» osculata eorum dextera, orationibus eo-
» rum credant se communiri. Sic & Ioan-
nes Pontifex integerrimus apud eundem
Gratianum, Si Catholicus est Impera- »
b *c. si Imperator. dist. 96.* tor, inquit b, filius est non Prę-sul Eccleśię: »

46 Functiones vtriusq; potestatis distinguūtur.

quod

» quod ad religionem competit, discere ei
» conuenit nõ docere: habet priuilegia suæ
» potestatis, quæ administrandis legibus
» publicis diuinitùs consecutus est; & eius
» beneficiis non ingratus cõtra dispositio-
» nem cœlestis ordinis nil vsurpet: ad sacer-
» dotes enim Deus voluit quæ Ecclesiæ di-
» sponẽda sunt pertinere, non ad seculi po-
» testates; quas, si fideles sunt, Ecclesiæ suæ
» sacerdotibus voluit esse subiectas. En vt
passim potestas Ecclesiastica solas ad ani-
mas atque spiritum vel spiritualia, non ad
vel terrena vel mundana vel secularia re-
fertur. quid miri? sanè Spiritus ipse san-
ctus, cuius instinctu ac dono, nutu & gra-
tia, Canones editi sunt, vt ipse Diuus lo-
quitur Damasus [a], vel inspirante quo Ca-
nones conditi sunt ac totius mundi reue-
rentia consecrati, sicut ait sanctus Leo [b]
PP. primus, nõ potest non spiritualia sui-
que similia spirare. quamobrem non im-
meritò Damasus [c] idem scribit, eos non
incongruè videri blasphemare Spiritum
sanctum, qui contra sacros Canones ali-
quid aut proteruè agunt aut loqui præsu-
munt aut id facere volentibus consen-
» tiunt: verbis mox vsus hisce, talis enim
» præsumptio manifestè vnum genus est
» blasphemantium Spiritũ sanctum. Quod
ne quis putet de generaliũ duntaxat Con-
ciliorum decretis esse sumendum, non
vno [d] loco de quibuslibet aliis iustis Põ-
tificum cõstitutionibus atque decretis ita
loqui-

47 Canones instinctu sancti Spiritus editi.

48 S. Spiritum quinã blasphement.

a *c. violatores Canonũ. 25. q. 1.*

b *c. igitur. 25. q. 2.*

c *d. c. violatores.*

d *cap. nulli fas est. dist. 19. c. 1. dist. 22. c. generali. 25 q. 1. c. si quis dogmata. 25. q. 2. & alibi frequenter.*

loquitur Ecclesiasticum ius hoc, vt eorundem decretorum trāsgressores & violatores & cōtemptores anathemati pronunciet esse subdendos, & quidē subinde tanquam hæreticos a. Iam vt ad reliqua legislationis Ecclesiasticæ volumina properemus, vacante vel Episcopali vel Abbatiali sede, cauetur Ecclesiastica lege per Concilium Lateranense b sub Innocentio tertio celebratum sancita, ne Præsulis electio differatur vltra tres menses. causa finalis additur hæc, vt occurratur periculis animarum, & Ecclesiarum indemnitatibus prouideatur. En tibi rursus animarū in hac vita salutem legislatori Ecclesiastico pro fine propositam. Sic Innocentius idem tertius, cùm vel Isaacium vel Alexiū Imperatorem Constātinopolitanum ad Hierosolymitanæ terræ subsidium inuitasset, paternéq; simul redarguisset quòd Patriarcham Constātinopolitanum permisisset humiliori sedere loco quàm semetipsum, iuxta scabellum scilicet pedū suorum, rationem c sui facti reddidit hāc; » Non negamus quin præcedat Imperator » in temporalibus illos duntaxat qui ab eo » suscipiūt temporalia: sed Pontifex in spi- » ritualibus antecellit; quæ tantò sunt tem- » poralibus digniora, quantò anima præ- » fertur corpori. deinde paulò pòst; potuis- » ses autem prærogatiuam sacerdotij ex eo » potiùs intelligere, quod dictum est non » à quolibet sed à Deo, non Regi sed sacerdoti,

a *vide glossam & DD. in d. cap. nulli fas est.*

b *c. ne pro defectu. 41. de elect.*

c *cap. solitæ benignitatis. de maiorit. & obed.*

49 Ex Decretalibus.

50 Potestatis vtriusq; distinctio suis finibus.

» doti, non de Regia stirpe sed de sacerdo-
» tali prosapia descendenti, de sacerdotibus
» videlicet qui erant in Anathot, *Ecce* [a] *con-* Hieremiæ 1.
» *stitui te super gentes & regna, vt euellas &*
» *dissipes, ædifices & plantes.* Præterea nosse [b]
» debueras, quòd fecit Deus duo magna [b] Genesis 1.
» luminaria in firmamento cœli, luminare
» maius vt præesset diei, & luminare minus
» vt pręesset nocti: vtrumque magnum, sed
» alterum maius. ad firmamentũ igitur cœ-
» li, hoc est vniuersalis Ecclesiæ, fecit Deus
» duo magna luminaria, id est, duas instituit
» dignitates; quę sunt, Pontificalis author-
» tas & Regalis potestas: sed illa quæ pręest
» diebus, id est, spiritualibus, maior est; quæ
» verò carnalibus, minor; vt quanta est in-
» ter Solem & Lunam, tanta inter Pontifi-
» ces & Reges differentia cognoscatur. ac
» paulò pòst. nobis autem in B. Petro sunt
» oues Christi commissæ, dicente Domino [c]
» *Pasce* [c] *oues meas*; non distinguens inter Ioann. vlt.
» has oues & alias, vt alienũ à suo demon-
» straret ouili qui Petrum & successores ip-
» sius magistros non recognosceret & Pa-
» stores: vt illud tãquam notissimum omit-
» tamus quod Dominus dixit ad Petrũ &
» in Petro dixit ad successores ipsius, *Quod-*
» *cunq; ligaueris super terram erit ligatum &*
» *in cœlis*, &c. nihil excipiens qui dixit *quod-*
cunque. Quo rursum loco præter cætera
(totam ac vniuersam tum politiã tum le-
gislationem Ecclesiasticam verè spiritua-
lem esse & ad animas pertinere demon-
strantia)

ſtrantia) non inſubtiliter obſeruabis obiter, ſummos Pōtifices & pro Magiſtris eſſe recognoſcēdos & pro Paſtoribus; Magiſtri nēpe ſunt, quatenus Eccleſiā Chriſti tanquā Corpus politicū regunt et gubernant & legibus in hac vita ſanctiſſimis & ad mores Chriſtianos, id eſt, verè ſpirituales pertinētibus inſtruunt; Paſtores verò, quatenus eidem Eccleſiæ tanquā Chriſti ſpōſæ præſunt & animas vnà cū ſuis corporibus in æternā dirigunt beatitudinē.

51 Summus Pontifex & Magiſter & Paſtor.

Sic Innocētius idem 3 poſt Regis Anglię querelas apud ſe depoſitas de ruptis per Franciæ Regē pacis fœderibus violatoq́; iureiurando, iudicē ſeſe ſuóſve legatos ex diuinæ legis authoritate declarauit huius inter eoſdē Reges cōtrouerſię; reddita ratione potiſſimū hac [a] apud Archiepiſcopos & Epiſcopos & alios Eccleſiarū Prę-latos per Frāciam cōſtitutos, quòd Eccleſiaſticæ ſit ſuæ poteſtatis & iuriſdictionis de quocunque mortali peccato corripere quemlibet Chriſtianū; qui ſi correctionē contempſerit per diſtrictionē Eccleſiaſticam coarceatur. Sic Innocētius hic idē in eodē Cōcilio generali Lateranо ſanctione cōtra iuris [b] Ciuilis rigorē promulgata, de reſtituēda cuiq́; ſpoliato re ſibi violēter extorta vel inuaſa, per eū quoq; qui nō ſpoliauit ipſe quidem ſed à ſpoliatore ſciens ac prudēs recepit, rationem reddit hāc [c], quòd non multū interſit, quoad periculū animę, iniuſtè detinere, ac inuadere alie-

52 Pōtifex Regū iudex.

53 Spoliatus etiam reſtituendus per illum qui non ſpoliauit.

a *c. nouit. verſ. non enim intendimus. & verſ. cùm enim non humanæ conſtitutionis. de iudic.*

b *l. cùm àte. π. de vi & vi armatæ.*

c *c. ſæpe contingit. de reſtit. ſpoliat.*

alienum; quocirca restitutioni spoliationis locũ nihilominus fore, nec opus esse dominij probatione. Sic Gregorius PP. 3, vel vt alij Codices habent 8, vel vt alij nonus, dum [a] constitueret vt Creditores qui sibi per suos debitores curant vsuras promitti sub iuramento, cogãtur per censuras Ecclesiasticas tale iuramentum relaxare, rationem reddit hanc (vt in antiquioribus et plenioribus est editionibus) quòd huiusmodi iuramenta vergant in manifestum periculũ animarum, & quòd per huiusmodi constitutionem saluti voluerit prospicere Creditorum. Vice versa, iusiurandum iustè præstitum per vxores de non contraueniendo rerum dotalium vel propter nuptias donatarũ alienationibus per maritos interdũ factis, omnino vult obseruari [b] Pontifex, quantumlibet iura Ciuilia talem consensum vxoriũ nolint [c] esse obligatorium. ratio talium iuramentorum ab vxoribus omnino seruandorum subditur hæc, quòd in alterius præiudicium talia iuramenta non redundent, nec obseruata vergant in dispẽdium salutis æternæ. Salus igitur animarum legislatori Ecclesiastico semper est proposita. Rursus cùm lex Ecclesiastica [d] fieret vt nulla valeret præscriptio, siue Canonica siue Ciuilis, absque bona fide, ratio nõ alia reddebatur quàm quòd quidquid nõ est ex fide peccatũ sit, ideoque generaliter omni constitutioni atque consuetudini dero-

54 Iusiurandũ de soluẽdis vsuris relaxandum.

55 Iusiurandũ super alienatione rerum dotalium, &c.

56 Bonæ fidei perpetuitas in præscriptionibus.

a c. 1. de iure iurando.

b c. cùm contingat. de iureiur. cui respondet c. licet. de iureiur. in 6.

c l. lex Iulia. ff toto t.t. C. de fund. dot. & auth. siue hoc. C. ad SC. Velleian. quæ est Nou. 50. §. illud quoque.

d c. vlt. de præscript.

derogandum quæ absque mortali peccato non potest obseruari. vides vt semper legislator Ecclesiasticus intuetur animæ salutem, quæ nulla potest esse quamdiu mortalibus peccatis oneratur conscientia.

57 Decimarũ solutio.

De decimis item in signum & prerogatiuam & recognitionem generalis & vniuersalis dominij penes Dominum Deum constituti soluendis cùm lex fieret [a] Ecclesiastica, pro causa finali simul addebatur hoc, vt & Ecclesiarum dispendiis & animarum periculis obuiaretur. Pari modo sublatis [b] per Concilium generale Lateranũ prohibitionibus de matrimoniis in secundo vel tertio affinitatis genere nõ contrahendis, ratio reddebatur hęc quòd prohibitiones istę difficultatem frequenter inducerent & aliquandò periculũ parerent animarum. Quidnam verò sit & quale sit illud secundũ & tertium genus affinitatis alibi [c] satis dilucidè fuimus interpretati. Sic Alexander PP. 3 cùm constituisset vt incendiarij templorum, si pœnituerint ante mortem, sepultura nõ priuentur Ecclesiastica, sic tamen vt heredes illorum condignè satisfaciant pro defunctis iuxta suas facultates, rationem [d] reddidit hanc vt sic incẽdiarij tales à peccato valeãt liberari. quale quid & Gregorius 9 de quibuslibet aliis criminum perpetratoribus, vt homicidis, Clericorum percussoribus, Ecclesiarum violatoribus, incestuosis, & similibus, etiam excommunicatis,

58 Secundum tertiumq; genus affinitatis.

59 Ex delictis defunctorũ quatenus teneantur heredes.

[a] c. cùm non sit in homine. de decimis.

[b] c. non debet reprehensibile iudicari. de consang. & affinit.

[c] in paratitlis decretalium. rubr. de consang. et affin.

[d] c. in literis. de raptorib. incend & violat. Eccles.

tis, at ante mortem pœnitentibus & post sacramentalem confessionem absolutis, constituit[a]; licèt hanc rationem non tam clarè subiecerit, vt qui tantùm iusserit vt heredes ad quos bona facinorosorum huiusmodi hominum peruenerunt pro iisdem satisfaciãt. quanquam satisfactio talis nõ pessimè de satisfactione sacramentali sumitur, vt videlicet à suis peccatis homines isti liberentur. Qua rursus ex re discrimen apparet ingẽs inter ius hoc Ecclesiasticum seu Pontificium & Ciuile; quandoquidem iure[b] Ciuili non tenẽtur heredes ex delictis defunctorum, nisi lis cum defunctis antea fuerit contestata vel alioqui quid ad heredes ex delicto defunctorum peruenerit: cùm tamen iure Pontificio teneantur etiamsi nihil ad eos ex defunctorum delicto peruenerit. qua in re legem Ciuilem iustissimè correxit lex Ecclesiastica, propter hũc solum sibi semper propositum salutis animarũ seu conscientiæ puræ vel à peccatis liberæ finem. Quod ita tamen intellige, si defunctus vel expressè vel tacitè iusserit satisfactionem fieri: sicut & existimandus est iussisse si sacramẽtalem impetrauerit absolutionem: vt sic heredes eius ex hac vel iussione vel cautione per confessarium exacta magis teneri videantur, quàm ex ipso delicto. quemadmodum post longam hac de re disputationem Panormitanus[c] tandem concludit, alioquin hominibus huiusmodi cri-

a *c. vlt. de sepult.*

b *l. vnic. Cod. ex delict. defunc. in quãtum hered. conuen. l. pupillũ. 111. ff. fin. ff. de reg. iur. § penult. Instit. de perpet. & tẽpor. actionib. & quæ ad hered. & in hered. transeunt. & alibi frequenter.*

c *Panorm. ind. c. vlt. de sepult. num. 6. sub fin.*

di criminosis absque pœnitentiæ sacramento moriẽtibus, nihil hac in parte discriminis esse ratus inter Pontificium ius & Ciuile. Quæ sententia mihi non omnino displicet, ne fiat heredibus iniuria; cùm regulariter accusatio criminum non inchoata contra viuentem soleat [a] extingui morte. Semper illud est & manet verissimum, propter animarum salutem vel ad abolenda peccata ius hoc singulariter aduersus delinquentium heredes inductũ fuisse. Quoad reparationem certè damnorum per defunctos homines facinorosos illatorum, siue per incendia siue qualibet alia ratione, putat Couarruuias [b] veriùs posse dici nihil esse discriminis inter Pontificium ius & Ciuile; nam eatenus per ius etiam Ciuile teneri defunctorum heredes quantumlibet nihil ad eos ex illis delictis peruenerit neque lis cum defunctis contestata priùs fuerit, secutus in ea re Molinæum [c] qui primus id nouè senserit, argumentis aliquot haud improbabilibus [d] omnino ductus. At cætera prosequamur testimonia Decretaliũ quibus hic vltimus Ecclesiasticarum legum finis, animarum videlicet salus, probetur. Alexander idem tertius cùm dissuaderet contractum venditionis, tanquam de vitio vsurario vehemẽter suspectum, quo propter solutionis dilationem pluris venduntur merces quàm nunc valeant venditionis tempore, pro dissuasionis huius

60 Propter solutionis dilationem pluris an vendere liceat.

a *c. quorũdam. dist. 23.*

b *Couarr. lib. 3. variar. resol. cap. 3. num. 7. sub finem.*

c *Molinæus in additionibus ad Decium in d. l. pupillum. §. in heredes. ff. de reg. iur.*

d *arg. §. his autẽ verbis. in ipso fin. instit. de leg. Aquil. arg. l. si pro fure. in fi. ff. de cõdict. furt. & arg. §. vlt. instit. de obligat. quæ ex delic. nasc.*

ratione ſolum peccatũ propoſuit [a]; ideoque ſaluti ſuæ bene cõſulturos illos qui à tali contractu ceſſarẽt, cùm cogitationes hominũ omnipotenti Deo nequeant occultari. dico, cùm diſſuaderet; quia non ſimpliciter talem emptionẽ & venditionem reprobauit, vt quæ concurrentibus circunſtantiis duabus poſſit eſſe iuſta; nimirum, ſi dubitetur an ſolutionis tempore merces illę plus vel minus valiturę ſint, & præterea ſi venditor alioqui nunc eas vẽdere noluiſſet ſed in ſolutionis tempus adſeruare, prout Gregorius [b] 9 reſcripſit. Illud præ cæteris hunc Eccleſiaſticarum legum finem, ſalutẽ videlicet animarum, ponit ob oculos euidentiſſimè, quòd in eodem Concilio [c] generali Laterano cui præfuit Innocẽtius ille 3, pręcipiatur medicis omnibus, vt ægrotos ante omnia moneant & inducant vt medicos aduocent animarum: vt poſtquam fuerit infirmis de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remediũ ſalubriùs procedatur, cùm cauſa ceſſante ceſſet effectus: infirmitatẽ enim corporalem ex peccato nonnunquam prouenire. facta ſimul medicis iiſdem prohibitione ſub anathematis interminatione, ne quis eorum pro corporali ſalute quidquã ſuadeat ægroto quod in animæ periculum conuertatur. Ex libro ſexto Bonifaciano teſtimoniis idipſum quod de fine legum Eccleſiaſticarum vltimo dictum eſt pauculis probemus.

a *c. in ciuitate tua. de vſur.*

b *c. nauigantibus vlt. de vſur.*

c *c. cum infirmitas corporalis. de pœnit. & remiſſionib.*

61 Vt ęgrotos inducant medici ad animę medicos aduocãdos & ne peccãdi dent occaſionem.

62 Ex libro 6 Bonifaciano.

bemus. Bonifacius igitur 8 cùm legem conderet Eccleſiaſticam, ne quis ignorãs ligaretur ſententiis per ſtatuta quorumlibet Ordinariorum prolatis (vt, exempli gratia, ſi ſtatuto quopiam Epiſcopali prohibitum fuerit ne quis arma ferat ſub excommunicationis ipſo vel iure vel facto incurrendæ pœna) rationem [a] præmiſit hãc, *Vt animarum periculis obuietur.* inobedientiæ ſcilicet peccatũ conſcientias grauiſſimè lædit & animas in præſentiſſimũ conijcit æternæ damnationis periculum: quare non temerè quis reputandus eſt inobediẽs legi vel ſtatuto niſi quis omnino ſciens ac prudẽs eam vel id violauerit, ne conſcientiis iniiciantur laquei. Sic dum Bonifacius idem conſtitueret [b] vt pactum à filia nuptura factum patri, iuramentóq; confirmatum (ſe nimirum dote ſua contentam, nullũ ad bona paterna regreſſum habituram) omnino ſeruaretur, quãtumlibet improbatum iure Ciuili [c], rationem reddidit his verbis, *Cùm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium nec redũdet in alterius detrimentum.* Sic idẽ Bonifacius cùm ſub cenſuris Eccleſiaſticis compeſcendos eſſe decerneret [d] iudices Laicos qui Clericos aliquando cõpellunt ad ſoluenda debita, quantumuis liquida, rationem indicauit vno verbulo, *quòd hæc dãnabilis eſſet* iſtorum iudicum *præſumptio*: periculum videlicet animarũ intelligens, in quod iudices iſti per huiuſmodi præſumptionem ſeſe

a *c. 2. de conſtitut. lib. 6.*

63 Inobediens legi non temerè quis reputãdus.

b *c. quãuis pactum. 2. de pact. lib. 6.*

64 Pactũ filiæ iuratum, ſe ſola dote contentam fore.

c *l. pactum dotali. C. de collat.*

65 Cõpulſio Clericorũ per Laicos improba.

d *cap. 2. de foro compet.*

66 Iusiurandū generale de seruādis legibus vel statutis qua tenus obliget.

conijcerent. Rursum, Nicolaus[a] PP. 3 cùm iuramenta de seruandis locorum vel Corporum vel Collegiorum statutis generalia, declararet ad ea duntaxat extendi quæ sunt licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticę non obuiantia, rationem inculcauit eandē, occasionis peccandi vitandę, periculorum animabus ingruētium summo studio declinandorum, salutis animarum procurādæ, & offensionis diuini numinis diligenter cauēdæ. Bonifacius idem 8 iterum, cùm decerneret[b] iudices etiam seculares esse compellendos per censuras Ecclesiasticas ad seruandum ius Canonicum de non contraueniēdo per mulieres iuramentis à se pręstitis in alienationibus dotium vel donationū propter nuptias, pro tota ratione iuris illius animarū sese periculis obuiare prorsum velle protestatus atque professus est. Ac licèt exceptionem rei per iudices Ecclesiasticos iudicatæ Bonifacius idem velit[c] admitti per seculares iudices, eosque per Ecclesiasticas ad id compelli censuras, ita scilicet vt vicissim eandem exceptionē rei per iudices iudicatæ secusares admittant iudices Ecclesiastici, tamē posteriori huic casui verba subiecit hæc, *in iis quæ animarum periculum non inducunt*. quia nimirum talia quæ periculis animarū sunt obnoxia, per iudices Ecclesiasticos ferenda non sunt, quantumlibet exceptio rei per seculares iudices iudicatæ proponeretur. En vt omnibus in

a c. 1. de iur. iur. lib. 6.

b c. 2. de iur. iur. lib. 6.

67 Iuramenta mulierū de non cōtraueniēdo alienationibus in Laico etiā foro seruāda.

c c. vlt. in fi. de exceptionib. lib. 6.

68 Exceptio rei iudicatę in vno foro quatenus admittatur in altero.

bus in rebus, etiam nudè meréque temporalibus, Ecclesiasticæ leges omnia referunt ad animarum salutem. Clariùs adhuc eluceſcit idipſum ex Clemẽtis PP.3, aliàs 4 cõſtitutione [a], qua rectoribus Eccleſiarum parœcialium quarum patroni ſunt *Religioſi*, vult omnino per ordinarios locorum procurari tantum quantũ ſufficiat & ad Epiſcopalia iura ſoluẽda & ad congruam eorundem rectorum ſuſtentationem & ad alia onera ipſis incumbentia commodè ſupportanda. quare? propter animarum pericula, quæ ſecutura dicit Põtifex niſi talibus populi rectoribus benè largiterq; de ſibi neceſſariis omnibus proſpiciatur. Idem Bonifacius cùm ſanciret [b] Eccleſiaſticam legẽ de ſepulturis, vt nimirum nulli vel Religioſi vel alij Clerici cuiuſcunque ſtatus aut cõditionis vllos homines inducãt ad eligendam apud ſe ſepulturam, adeò vt nec votorum nec iuramentorum ſuper electione tali prẽſtitorũ ratio ducatur, pro ratione legis huius præfatur ſe periculis animarũ & ſcandalis quæ frequenter inde proueniũt obuiare velle. Viſitationũ deinceps Archiepiſcopaliũ iure diligenter cõſtituto, non ſolùm per vniuerſam ex æquo prouinciã, verùm etiã in vno ſubinde loco frequentiùs quàm alibi, prout nẽpe locus ille plus aliis indiget viſitatione, rationem [c] reddit hãc, *ne animarũ profectus aliquatenus negligatur*. Innocentius itẽ 4 Eccleſiaſtica lege

[a] *c.1. de præb. lib.6.*

69 Cõgrua paſtorũ à Religioſis pẽdentiũ portio.

[b] *c.1. de ſepult. in 6.*

70 Electio Sepulturę qua tenus permiſſa.

71 Viſitationũ iteratio.

[c] *c.1.§. ex quo tamẽ, de cenſib. exactionib. & procurationib.*

 salu-

72 Assassinorum subornatores.

salubberrima grauiter cõtra subornatores Assassinorũ sancita [a], salutis animarũ frequenter inculcat mentionem. Postremò, quemadmodum Bonifacius paulò superiùs in iudices Laicos volebat exerceri cẽsuras Ecclesiasticas, qui mulieres contra iusiurandum suum venire paterentur, ne periculum crearetur [b] animabus, ita pari de causa cunctos iudices Laicos ab iudicibus Ecclesiasticis per similes censuras esse compellendos iam antea decreuerat Alexander 4, vt omnes excommunicatos & ab agendo & à patrocinando & à testificando repellerent [c]. Ita Clemẽs 5 in Concilio Viennensi cùm declararet [d], Imperatoris iuramenta Pontificibus præstari solita, non esse vulgaria, sed fidelitatis & obedientiæ, quod Henricus Imperator 7 agnoscere noluerat, re altiùs repetita, Christum redemptorem nostrum Caput Ecclesiæ Christiq́ue Vicarium Pontificẽ, pro fundamento potestatis Ecclesiasticæ seu spiritualis ob oculos posuit; nec enim aliunde quàm ab Ecclesia Romana seu summis Pontificibus vt Christi Vicariis Imperium à Græcis in Germanos fuisse translatum, certosq́ue tandem Principes Electores institutos. Est igitur spirituale ius hoc totum Pontificium seu Ecclesiasticum, vt ac tanquam pertinens ad regnum Christi, quod non est de hoc mundo seu mundanum seu terrenum, sed omnino vereque totum spirituale. Quod ipsum

a c. 1. de homicidio. lib. 6.

b d. c. 2. de iureiur. lib. 6.

c cap. decernimus. de sent. excom. lib. 6.

d Clem. vnic. in prin. de iureiur.

73 Excõmunicati quatenus à foro repellẽdi.

74 Ex Clemẽtinis.

75 Iusiurandũ Imperatoris Põtifici præstandũ, fidelitatis esse & obedientiæ.

76 Translatio Imperij à Græcis in Germanos

ipsum docet & eiusdem Clementis 5 declaratio [a] nullitatis (quæ dicitur) sententiæ priuationis per eundem Henricum latæ contra Robertum Regem Siciliæ quasi criminis læsę Maiestatis Imperatorię reū, quantumlibet absentem, & Imperatori quoad suas ditiones principales minimè subditum: nempe Pontificis esse, pastoralis gerere curam solicitudinis erga cūctas vniuersi gregis Dominici (cuius ipse Pastor à Christo [b] constitutus est) ouiculas; quarum propterea saluti necessariò debeat inuigilare. Præterea dum cūctos qui Clericis extorquent vectigalia iuberet ab Episcopis excommunicatos declarari donec sic vel extorta vel exacta restituerent, atque de cætero satisfacerent, animarum pericula reuocauit principaliter in memoriam [c] pressitque. Beguardorum denique Beguinarumque sectam in regno Germanico pullulantem dum reprimeret [d], animarum graue vehementer vrsit ex ista secta periculum, propter monstrosissimas, ibidem commemoratas, opiniones, immò pertinacissimas assertiones prorsus abominabiles. Ioannes item 22 cùm declararet, eos qui matrimoniū contraxerunt, quamuis non cōsummauerint, per ordinis sacri susceptionem votique castitatis emissionem à vinculo coniugali minimè [e] liberari sed cum coniugibus degere cogēdos esse, nullo prorsus ordinis illius exercitio sibi vnquam permisso, ne

77 Tragœdia Henrici Imp. cum Roberto Siciliæ Rege.

78 Aduersus extorquentes vectigalia Clericis.

79 Beguardorum & Beguinarum secta.

80 Ex Extrauagantibus Ioānis 22.

81 Ordinū sacrorum susceptio post matrimonium iam cōtractum.

a Clemēt. 2. de sentent. & re iud. in princ. & in fin.

b Ioannis vlt.

c Clem. vlt. de censib. exact. & procurationib.

d Clem. vlt. §. Octauò. vers. nonnullis etiā. de hæret.

e c. vnic. de voto & voti redempt. in extrauagantib. Ioannis 22.

post solutum quidem semel morte matrimonium, animarum sese periculis inde prouenientibus cupere salubriter prouidere præfabatur. Item secta Fratricellorũ seu Fratrum de paupere vita, seu Bizochorum, seu Beguinorum, per Italiam, Siciliam, Narbonensem Tolosanãque prouinciam sparsorum, prorsus improbata damnatáque (propterea quòd inter cæteros errores Ecclesiastica sacramẽta despicerent) pro ratione talis damnationis præcipua dixit [a], in animarum perniciem redundare tãtam temeritatem. Quinimmò rotundissimè Bonifacius 8 generaliter & in vniuersum definiuit, Romano subesse Pontifici cũctis hominibus omnino esse de necessitate salutis, vt ipsemet loquitur [b]; cuius quidem Pontificis potestas omnino sit spiritualis, cui temporalis authoritas omnis iure subijciatur. Iterum Ioannes 22 euocatis coram sese monetariis, ad sese intra spatium trimestre super cusa moneta falsa purgandos, peccatum & periculum animarum tali ex crimine nascens vrget [c]. Ad hæc Martinus 5 approbata reditũum emptione, venditores eosdemque debitores ad annuam solutionem compellendos esse rescripsit [d], eo quòd in animarum suarum periculum & emptorum præiudicium detineant reditus ita debitos. Denique de sepulturis, confessionibus, & concionibus Dominicanorum Franciscanorumque, cum Ecclesia-

82 Bizochorũ secta.

83 Ex Extrauagantibus communibus.

84 Romano Pontifici subesse, de salutis esse necessitate.

85 Monetarij.

86 Emptio reditũum iure probata.

87 Dominicanorum & Franciscanorum priuilegia.

a c. vnic. de religios. domib. in extrauag. Ioannis 22.

b c. 1. in fin. de maiorit. & obed. in extrauag. communib.

c c. vnic. de dilationibus. in extrauag. cõmunib.

d c. 1. vers. nulli. de emptione et vendit. in extrauag. communib.

cleſiarum parœcialium preſbyteris contendentium, legem conditurus Eccleſiaſticam Bonifacius 8, profectum cumprimis animarum ſibi fuiſſe cordi [a] teſtatur.

[a] c. 2. in princ. de ſepult. in exũag. cõm.

En tibi finem legis omnis Eccleſiaſticę demonſtratum ſatis plusq́; ſatis ex omnibus omnino ſingulisque iuris Pontificij voluminibus,& quidem in omnibus pleriſque iuris vniuerſi materiis.neque tamẽ deſunt adhuc alia generis eiuſdem teſtimonia plurima, quibus vel conquirendis vel recitandis ociosè tẽpus tereretur. Habent certè vel ex hiſce ſolis per nos hactenus allatis auidi diſcẽtes, vnde tum rationibus viuis ad acquieſcẽdum veritati permoueãtur ingenioſiores, tum quaſi digitorũ indicio dirigantur & inducantur hebetiores.Ex abundanti ſuperaddamus ipſummet vſum rerum, & experiẽtiam quæ ſtultorum dici ſolet magiſtra:docebit illa nos, in omnibus omnino & ſingulis Eccleſiaſtici fori litibus,tã paruis quàm magnis,tam pecuniariis quàm criminalibus, tã beneficialibus quàm matrimonialibus, tam de rebus omnino tẽporalibus quàm per ſeſe ſpiritualibus,clauſulã conceptionibus libellorũ quorumlibet inſeri præter cæteras vnam quæ finem ſpectet vltimum vniuerſæ tum iuriſdictionis tum legiſlationis Eccleſiaſticæ; nimirum hanc, vel aliam huic ſimilem, *quòd reus in animæ ſuæ præiudicium, periculum, perniciem, fecerit vel nõ fecerit hoc aut illud.* Cuius rei modò clarum

88 Libellorũ omniũ fori Eccleſiaſtici clauſula quædã perpetua, finẽ iuris huius inculcans.

clarum satis exemplum vidimus [a] in recusantibus exoluere reditus annuos à se debitos, vt & in largiter vtcũque tractandis parœciarum [b] Rectoribus, & in vectigalibus à Clero non [c] exigendis: quas tamen res omnes merè temporales esse liquet. exemplorum deniq; similium plena sunt omnia nostris in libris [d], nec ignotus est vsus forensis quem diximus. Et verò quid multũ laboramus in huius rei probatione? nónne totum forũ seu tribunal Ecclesiasticum nominatur & est forũ spirituale? nónne curia vel Episcopalis vel Ecclesiastica nominatur & est curia spiritualis? nónne cuncta iudicia vel Episcopalia vel Ecclesiastica nominãtur & sunt iudicia spiritualia? nónne tota iurisdictio Ecclesiastica tendit ad homines emẽdandos & in vitam verè Christianam reuocandos, quantumlibet criminosos & sceleratos, adeò vt nulla prorsus infligatur pœna mortis vnquam per leges Ecclesiasticas, nec ipsamet excommunicatio quidem sit aliud quàm vera quædam animarum quasi ægrotãtium saluberrima [e] medicina? de quâ quidem tam præclara medicina totáque eius prudenter factitandę vel exercendæ ratione cumprimis inspiciendus est Concilij [f] Tridentini locus quidam pulcherrimus, vnà cum Ioanne [g] Roffensi contra Lutherum; non inutiliter simul adhibito [h] Couarruuia. Præter hæc omnia, vide, perpende, considera & explora

89 Forum Ecclesiasticũ est forum spirituale.

90 Mortis cur nulla pœna iure Pont.

91 Excõmunicatio medicina.

a d. cap. 1. de empt. et vẽd. in extrauag. communib.

b d. cap. 1. de præb. lib. 6.

c d. Clem. vlt. de cẽs. exact. & procur.

d c. cùm non sit in homine. c. ex trãsmissa. de decim. c. vnic. vers. non itaque tãm de dilat. in extrauag. communibus. & alibi passim.

e c. 1. de sent. excomm. suspens. et interdicti. lib. 6.

f Concil. Trid. sess. 25. cap. reform. 3.

g Roffens. art. 2. contra Lutherum.

h Couarr. ad c. alma mater. de sen. excom. lib. 6. in prin.

explora singulas etiam legum Ecclesiasticarum formas & species; aut enim ex antiquorum Patrum, sacræ scripturæ interpretum & Ecclesiæ Christianæ Doctorũ diuinitus inspiratorum, sententiis per legumlatores Ecclesiasticos (cùm per seſe vim legis minimè habeant[a] sententiæ tales, non magis quàm Responsa Prudentũ sine Principum comprobationibus) conflatæ sunt, aut ex Conciliorum sacrosanctorum in Spiritu sancto cõgregatorum decretis, aut ipsorum Pontificum summorum tãquam totius gregis Christiani rectorum sunt Oracula seu definitiones. Accipe nunc horum quodlibet; certè fatearis oportet, ad spiritus & animæ bonum referri singula; nisi vel officij vel muneris Christiani totius vel functionis vniuersæ Pontificalis id est Ecclesiasticę fundamenta subuertere volueris, politia spirituali sacrilegè per impiissimas metamorphoses nescio quas in profanam seu prorsus mundanam transformata. Quid? an ignoramus, ex veteris & noui Testamenti (sicut in synodo generali Laterana sub Innocentio 3 celebrata sanctus dictabat[b] Spiritus) authoritatibus Canonicas processisse sanctiones? rectissimè Paulus Burgensis, ius Canonicum diuino adhæret, inquit[c], & eius vestigia sequitur.

Ex hoc igitur fonte diuersitatis finium iuris Pontificalis & Ciuilis profluunt omnia quæcunque demũ sint inter vtrumque

92 Ecclesiasticæ leges vnde deprõptæ.

93 Sententiæ Patrum etiã Sanctorum nõ habẽt vim legis.

94 Legislationis Ecclesiasticę fundamenta.

95 Ius Canonicũ diuino cohęret.

96 Fõs discriminum inter vtrumque ius.

a c. de libellis. dist. 20.

b c. qualiter & quãdo. 24. de accusation. b. iuncto c. 1. de trãsl. Episcopi.

c Burgens. in c. 19. Matthei.

que ius discrimina. Quid enim? Sola naturalis ratio cùm sit imbecillis in hominibus, non est mirũ si leges Ciuiles interdum non sint ita iustæ sicut vita Christianis digna postulat; vnde nonnulla frequenter indigent castigatione per Ecclesiasticum legislatorem quasi quendã Aristarchum vel potiùs optimum quendam lepóre [a] Platonico sagittarium qui scopum sibi propositum feliciùs & certiùs tangat quàm sagittarius aliquis ineptior & imperitior. Dicebat [b] Aristoteles, & rectissimè dicebat, à fine frequenter aberrari, neque semper eum rectè poni. quod vel maximè contingit in legibus ferendis; quarum semper tanta fuit diuersitas apud gentes diuersas, vt monstrorum ferè sint instar: aliis aliud vel pulchrum vel honestum ducentibus. ac licèt Ethnicæ Romanorum leges præ aliorum populorum institutis laudabilissimæ sint, & ad æquitatem naturalẽ proximè semper accedant, habebat nihilominus vel Ethnicus homo Plutarchus [c] quod & in illis non immeritò fortassis reprehenderet vt ac tanquam ridiculis; velut in manumissionibus festucam, in testamentis venditionem per æs & libram: plurimis plurimorum legibus aliorum populorum in risum ludibriumque propinatis. Tale nihil in Ecclesiastica legislatione; nimirum quę sublimioribus & altioribus nixa fundamentis, diuini verbi censetur origine deri-

97 Cur leges Ciuiles adeo sint imperfectæ.

98 A fine frequenter aberrari.

99 Legum ciuiliũ diuersitas vnde.

100 Leges Romanorum Plutarcho visę ridiculæ.

101 Ius Pontificium cur perfectius.

a Plato d. dic. 11. de legib.

b Arist. lib. 3. polit. cap. 11.

c Plutar. in lib. bell. de tardâ numinis vindictâ.

a d. c. qualiter et quãdo. 24. de accuſ.

derivationeque[a]. Quod quidem verbum diuinum quia non humana ſolaque naturali ratione comprehenſum ſed patefactione ſeu reuelatione diuini Numinis apertum nobis fuit per ſolam Dei Opt. Max. benignitatem & in humanum genus amorem, nihil omnino poteſt admixtum habere vel falſi vel inepti vel parum ſolidi; quemadmodum neque leges Eccleſiaſticæ ſeu Pontificales inde ſemper omnes deriuatæ. Diuus Chryſoſtomus interpretatus illud Chriſti ſuos ad Apoſtolos *Vos eſtis ſal terræ*, dicit[b] Chriſtum oſtendere, omnium hominum infatuatam eſſe naturã & putrefactam à peccatis; ideoque per Apoſtolos, & eorum ſucceſſores, verbi diuini ſale perfricandam eſſe; legibus nempe datis perfectioribus atque ſanctioribus.

b Chryſoſtom. Homil. 15. in Matthæum.

102 Sal terræ quo ſenſu dicti Apoſtoli Chryſoſtomo.

CAPVT SECVNDVM

Quo leges illæ Ciuiles recenſentur quæ principaliter per Eccleſiaſticas caſtigantur & emendantur; Argumenta Garciæ de vno eodemq; iuris vtriuſque fine refelluntur atque ſoluuntur; Quæſtiones quædam graues & elegantes hinc dependentes breuiter tractantur.

103 Partitio dicendorum deinceps.

REſtat vt breuiter anquiramus in leges illas Ciuiles quæ ſanctioribus quibuſdam iuris Eccleſiaſtici deciſionibus caſtigatoriis emendatæ ſeu quaſi limatæ

104 1. Leges Eccleſiaſticæ Ciuiliũ caſtigatoriæ.

matæ fuerint, præter illas quæ sunt iam
105 superiùs propositæ: deinceps argumẽtis
2. Argumẽtorum his aduersantiũ solutio. 2 respõsuri quæ probabiliter aduersus omnia hactenus disputata possent obijci:
106 postremò denique quæstiones 3 quasdam
3. Quęstionum quarundã hinc dependentiũ tractatio. graues & prægnantes & luculentas hinc dependentes easque cumprimis oportunas excussuri.

De pactis igitur nudis omnium primò quæramus; ex quibus actionem lege Ciuili [a] non dari constat. cuius rei rationem reddidimus hanc [b] alibi, quòd omnes penè gentes, non alias hominum conuẽtiones voluerint obligationũ necessitatibus alligari, quàm quæ commerciis humanis essent magis necessariæ; reliquis conuentionibus, vniuscuiusque religioni & quasi verecũdiæ fideique spontaneæ prudenter cõmissis ac relictis: ne videlicet litibus nimiis res omnes humanę turbarentur & sursum ac deorsum voluerẽtur atque miscerentur: cùm præsertim Iuliano [c] Iurisconsulto tradente vel maximè pertineat ad Prætoris officiũ lites deminuere. Foret nempe nimis captiosum, propter verbulum fortè nõ tam cogitatò meditatoque abs te prolatum, quàm ciuiliter ac vrbanè vel (vt cum interpretum vulgò loquar) curialiter tibi leuiter elapsum & ab alio confestim abreptum auidéque acceptatũ, prætendere, mox hinc hominem istum sibi vincula iuris vel ius aliquod obligationis efficacioris quàm quæ naturalis

107 Pacta nuda ne iure quidem Cano nonico actionẽ producere.

a *l. iuris gent. in fin. prin. verb. nuda pactio. ff. pact.*

b *in d. l. iuris gentium.*

c *l. quidam. ff. si cert. pet.*

dunta-

duntaxat sit æquitatis non vinculi ciuilis. Quid autem iure Pontificio? vulgus interpretum cõmuniter existimat ex nudis etiam pactis actionem [a] dari; propter maiorem scilicet vitæ Christianæ perfectionem (quàm sit vita merè ciuilis vel Ethnica) nihil distinguentis inter verbum simplex & stipulationes vel etiam iuramenta quoad liberandam fidẽ semel datam, quasi salus animæ periclitaretur nisi pacta quælibet & quantũuis nuda seruarentur. quam nos opinionem breuiter alibi refellimus [b]. nec enim ius Ecclesiasticum captionibus indulgere putãdum est. neque verò periclitabitur hinc anima cuiusquã quòd hominibus captiosis resistat, sed è contrario periclitaretur veriùs anima captiosorum istorum si vel desideriis ipsorum satisfieret vel auiditati seu cupiditatibus indulgeretur. Attamen, quid si quis non leuiter sed animo planè deliberato quid addicat cuipiam sine causa prorsus vlla, citraque stipulationẽ vel aliam vllam contractus vllius vel nominati vel innominati formã? Pactio talis, donatio foret merè liberalis; quę vel Ciuili quoque iure saltem per Iustiniani cõstitutionem [c] fuerit implẽda. Certè summus Pontifex vbi pacta præcipit [d] custodiri (vel vniuersi potiùs Concilij Carthaginiẽsis primi Patres) de publicis loquitur inter Episcopos pactionibus. immò totus ille tit. DE PACTIS in iure Põtificio de pactionibus d loqui-

[a] *ex cap. 1. de pact.*

[b] *ad c. indicãte. de testam. num. 36.*

[c] *l. si quis argentũ. §. vlt. Cod. de donationib.*

[d] *d. c. 1. de pac.*

108 Cap. 1. de Pactis. de publicis agere pactionibus.

loquitur generalissimè sumptis, & ob id etiam de stipulationibus. Iam quis nescit pactiones huiusmodi publicas diligentissimè religiosissiméque semper esse seruãdas, etiam iure Ciuili a quæ nimirùm fiũt per pacem, quoties inter se Duces belli quædam paciscuntur. Quod autem Concilium illud Carthaginiẽse primum de talibus loquatur publicis inter Episcopos (qui Ducum sunt instar in hac Ecclesiastica militia) pactionibus, nempe super diœcesium suarum finibus & commoda plebis diuisione distributionéque suas in parœcias, apertissimè liquet ex integro b fonte, qui sic habet. Antigonus Episcopus Madurensis dixit; grauem iniuriam patior, & credo dolere sanctitatem vestram contumeliam meam & computare communem iniuriam. Optatianus, cùm se repræsentaret, pactum mecum habuit, & diuisimus plebes: manuscriptiones nostræ tenentur epittacia: Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & vsurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus Episcopus dixit; factum hoc dolendum est, vt in se illiceat populorum imperitorum animas; contra disciplinam Ecclesiasticam, contra Euangelicam traditionem, contra pacis placita. nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profectò in fratrem aliquis deliquisset. vnde aut inita pacta suam obtineãt firmitatem, aut conuentus,

a *l. conuentio num. 5. ver. publica conuentio est, de pact.*

b *vide Tom. Concil. ap Surium. fo. 379.*

» uentus, si se non cohibuerit, Ecclesiasti-
» cam sentiat disciplinam. Vniuersi dixe-
» runt; PAX SERVETVR; PACTA
» CVSTODIANTVR. En quanti sit momenti singulas leges Ecclesiasticas ex ipsis haurire fontibus. vnde palam fit quàm sit ineptum quod interpretes plerique nostri colligunt ex isto primo de pactis capitulo, pacta quantumcunque nuda esse seruanda, cùm propria genuinaque capituli illius (quod in fonte duodecimum est) inscriptio sit hæc: vt *pacta inter Episcopos inita custodiantur*. Finium nempe regundorum vertebatur illic inter Episcopos controuersia, turbante videlicet fines illos legitimè semel constitutos, in grauissimum Antigoni præiudicium, Optatiano. Mihi semper summa fuit religio, Pontificium ius vllum aliunde quàm suis ex fontibus interpretari, quam religionem successoribus in hoc professionis genere meis, atque adeò toti posteritati, summè commendo.

109 Ius Pontificium suis è fontibus interpretãdum.

Confirmatur hæc etiam sententia per Gregorij noni rescriptum [a] quo chirographi cautionem, nisi causa debiti fuerit expressa, non patitur debitori nocere nisi creditor aliter debitum probet. Et sanè, si ne stipulatio quidem iure [b] Ciuili subsistat nisi causa promittendi subsit, sed exceptione doli repellatur stipulator, quantò iustiùs pactio nuda carebit actionis rigore? Nec ad rem faciunt

[a] *c. si cautio. de fid. instr.*

[b] *l. 2. § circa primam spec. ff. de dol. mal. & met. except.*

magnopere quæ Fortunius [a] Garcias & Couarruuias [b] adferunt de pactorum nudorum quasi actionem producentium viribus; quandoquidem non ad nudas pertinent pactiones exempla quæ proferunt ipsi, sed vel ad genera donationum iure simul Ciuili vires habentium, vel ad conductionis cõductionive similem vel mãdati vel alium quemcumque cõtractum, vel ad pollicitationes [c] quasdam pias. Minus adhuc facit ad rem ratio [d] dicti illius vulgaris, Deum inter simplicẽ loquelam & iuramentum non facere differentiam, ideoque ex nudo etiam pacto actionem competere: quia dictum illud, quod est Ioannis Chrysostomi, de solo prolatum fuit mendacio in quæstione veritatis adserendæ vitando, non in iureiurando tantùm sed & in sermone simplici; quandoquidem os quod mentitur occidit animam: non autem loquitur ibi Chrysostomus de sermone contrahentium obligatorio vel nõ obligatorio, sed assertorio (sicuti modò dicebam) dũtaxat. nec vllo modo dici potest mentiri qui pactũ suum nudum ceu verbulum suum leuiusculum non patitur in actionis vinculũ conuerti de quo minimè cogitauit sed captionem longissimè credebat abfuturam. Peccat igitur non qui pactum tale non implet, sed peccat qui pactũ tale sibi vult & importunus & improbus & captiosus impleri. Certè capitula [f] illa duo in argumentum

110 Inter simplicem sermonem & iuramẽtum nõ esse differẽtiam apud Deum, quo sensu dictũ fuerit.

[a] Fortun. Gar. in d. cap. 1 de pact. nu. 34.

[b] Couarr. in quamuis pa ctũ. de pact. lib 6. 2. pars relect. §. 4 num. 14.

[c] vt c. 1. de nationib. illic Hostie.

[d] c. iuramẽt. 22. q. 5.

[e] arg. c. quic que suffra gio. 12. q. et arg. c. q Ioannes. q. 5.

[f] d. c. quicũq suffragio. d. c. quia lib nes.

mentum allata non de nudis loquuntur pactis, at iustis de promissionibus, & iis quidem partim a remuneratoriis partim in causas b pias. Gregorij deniq; Magni c locus, quo plerique mouentur, de solennibus agit promissionibus non de pactis nudis, vt & vel ex ipso promittẽdi verbo colligitur & plenius ex ipso Gregorij d fonte perspicitur. De cętero consulendus est hac de re non inutiliter Felinus e, quãtumlibet sententiæ communis æstu propter solam fontis illius Carthaginiensis ignorãtiam cum cæteris interpp. in deuia simul abreptus; & ex quo pręter Garciam sua illa collegit exempla Couarruuias.

111 Respondẽtur argumẽtis aliis huc pertinentibus.

De deceptione (sepositò tamen omni dolo) vel infra vel etiam in dimidiũ inter contrahentes quidnam dicemus? ecquid vt iure f Ciuili sic re ipsa deceptis nõ succurritur nisi deceptio fuerit vltra dimidium, sic & Ecclesiastico seu Pontificio iure tolerabitur in dimidiũ deceptio, seu, quod idem est, in duplum? dicitur nempe deceptus in dimidium qui duplo minus recepit quàm dedit: nam qui duplo plus dedit quàm recepit, ille dimidium dumtaxat recepit eius quod dedit: ratione mathematica prorsus infallibili. Quid respõdendum de iure? Pontifex g quidem Gregorius 13 iam olim iusserat expungi glossam iuris Pontificij quę ponebat ex iure h Ciuili, licere contrahentibus inuicem circumuenire vel decipere; quæ licèt in edi-

112 Deceptio infra vel in dimidium sitne rescissioni per Põtificium ius obnoxia.

113 Deceptionem in dimidium & deceptionẽ in duplum, vnam eandemq; esse.

114 Licere cõtrahẽtibus inuicẽ circumuenire quo sensu dictum sit, & quid hic ius Pont.

a d.c.quicũque suffragio.

b d.c.quia loãnes.

c c.qualiter. 3. de pact.

d lib. 8. epist. 38.

e Felin. in d.c. 1. de pact.

f l. 2. C. de rescind. vendit.

g vide cẽsuram glossarũ iuris Pontificij à Gregorio 13. editã ad c. in ciuitate tua. 6. de vsur.

h l. in causæ. 16. §. idem Pomponius. π. de minorib. & l. item si prẽcio. 22. §. vlt. π. locati.

tione noui Corporis Canonici non prætermittatur, additione tamen marginali
» reprehenditur his verbis, hoc lege Ciuili
» permittitur sed lege diuina nō licet. cæte-
» rùm de hoc dicto vide plenè per B. Tho-
» mam 2.2. quæst. 77. art. 1. ad 1. arg. & Do-
» minicum Sotū lib. 6. de iust. & iur. quæst.
» 3. art. 1. ad 1. arg. Certè si sic decipiens omnino fuerit ignarus talis deceptionis quæ est in re ipsa, magis est vt ne iure quidem Pontificio, satis in hanc partem claro [a], succurratur decepto nisi supra duplū deceptus fuerit, ne litibus indulgeatur: sin decipiens ille gnarus fuerit huiusmodi deceptionis, vtpote quia sciebat rem quam florenis vendebat centum non esse pluris re vera quàm florenorum quinquaginta vel sexaginta vel etiam septuaginta, cùm id ipsum deceptus ignoraret, & benignius & verius esse videtur succurri sic decepto; contra nimiam iuris Ciuilis etiam tunc hac in re laxitatem: ne salus animæ decipiētis periclitetur. qua de re quia pleniùs alibi [b] olim differui, prolatis etiā nonnullis vel ex ipsa gētilitate seu Ethnicismo pertinentibus huc exemplis, longior hic in præsentia non ero. Sanè quod legis ait author Ciuilis Pomponius [c], in precio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire, non de naturali sumendum videtur equitate sed sola de naturali propensione quadam studióque vendentium & ementium;

a c. cū dilec. 3. & c. ex causa. de empt. vendit.

b in d. c. in tate tua. vsur.

c d. §. idē ponius.

tium;quorum hi sedulò semper hoc agũt vt quàm fieri poterit minimo rem precio comparent, illi contrà vt quàm fieri poterit maximo rem precio distrahant.id quod non minus pulchrè quàm grauiter ab Imperatoribus Euodiæ cuidam rescribebatur[a] his verbis, hoc solũ quòd paulò minore precio fundum venundatum significas, ad rescindendam venditionem inualidum est. quodsi videlicet contractus emptionis & venditionis cogitasses subsṫãtiam,& quòd emptor viliore comparandi,venditor cariore distrahendi,votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic quod obtulerat addente,ad certum consentiant precium,profectò perspiceres,neque bonam fidem (quæ emptionis atque venditionis conuentionem tuetur) pati,neque vllam rationẽ concedere,rescindi propter hoc consensu finitum contractum : nisi minus dimidio iusti precij quod fuerat tempore venditionis datum esset. Attamen rectissimè repræhẽditur[b] hoc Pomponij dictum nostris à legumlatoribus Ecclesiasticis, eo quòd huiusmodi vel propensio vel inclinatio naturalis non integræ sed corruptæ sit naturæ, meritóque per homines verè Christianos,immò per homines quoslibet moderatos quamuis Ethnicos,cohibenda refrenandaque;saltẽ

a *l.si voluntate tua C. de rescind. vendit.*

b *d. additione marginali ad glossam d. c. 6.de vsur.*

ne scienter ac prudenter quis proximum suum rerum precia verisimiliter ignorantem tam enormiter lædi patiatur quantúlibet citra vel dimidij vel dupli limites ista læsio substiterit. dico scienter ac prudenter, absque tamẽ vllo dolo : nam si rerum pretia nesciuerit & is qui sic decepit, ne lex Ecclesiastica quidem rescissionem patitur nisi deceptio duplum superauerit, vt ostendi[a]. Quod autẽ Pomponius[b] ait naturaliter *licere*, vel vt etiã Paulus Iurisconsultus ait[c] *concessum esse*, contrahentibus inuicem circũuenire, naturalem illam inclinationem, cum læsione alterius inde secuta, significant legibus quidem politicis non emendari, sed minimè negat quin talis circumuentio sit aduersus honestatẽ nec viros bonos deceat, quandocunque nimis læditur ita circumuentus[d]. nempe iuxta iuris regulam, non omne quod licet honestum est. Longè secus noster ille D. Paulus[e], ne quis, inquit, supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum. supergrediendi & circumueniendi verbo sapienter vsus pro nimis auarè sordidéque & aũidè suas res cum alieno detrimento, mutuis in commerciis augere; quandoquidem Græcè verbis vtitur his, ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν. Cęterùm de sciẽtia sic decipientis, aliena tamen ab omni dolo, quod hactenus dixi, facilè quiuis intelligit per Iurisconsultos in contractibus dolum sumi bifariam; vel, quo nimirùm quis

115 Quidsi decipiens precij fuerit ignarus.

116 Licere, & honestum esse, plurimũ differre.

117 Supergrediendi verbum quale D. Paulo.

118 Dolus bifariam sumptus.

a ex d. c. 3. ex d. c. pen. de empt. vendit.

b d. §. idem Pomponius.

c d. §. vlt. si precio. locati.

d vide gl. ff. l. sempr conuentus bus. π. de iur.

e 1. Thess. 4.

quis ad contrahẽdum pellectus est & inductus, qui solet appellari dolus contractui causam dans, & contractum bonę fidei reddit ipso iure [a] nullum; vel, quo res in contractum deducta nimium deprædicatur atque falsò seu mendaciter laudatur, qui dolus dicitur obiter incidens, & semper emendandus [b] est quantumlibet exigua fuerit læsio. Quo quidem vtroque genere doli cessante, si modò res latenter vitiosa non sit & obnoxia redhibitioni, sola reticentia scientis æstimationem rei, dolo non annumeratur, at circumuentio seu deceptio dicitur in ipsa re versari. Plura qui volet hac de re, quatenus nimirum iure Põtificio succurratur etiam infra dimidium læso, cõsulat Couarruuiam [c] hæc satis operosè disputantem.

119 Reticentia quatenus dolo non cõparetur.

Porrò quæ de pactis nudis paulò superiùs dicebantur, apertè conuincunt nihil quoque discriminis esse inter vtrũque ius quoad compromissorũ [d] vires. qua simul in re grauiter errant interpp. nostri dum pollicentur ad id quod interest actionem si vel nudo pacto sumpti fuerint arbitri; nulla videlicet pœna cõpromissa, nec arbitrio comprobato seu prout nostri loquuntur homologizato, nec interueniẽte stipulatione: cùm tamen rectissimè Glossographus Pontificius adnotauerit [e], idẽ prorsus iure Ciuili cautũ fuisse quod ibidem Pontificio cauetur.

120 Quoad cõpromissorũ vires nullũ inter vtrũque ius discrimen.

De præscriptionibus item quod initio

[a] l. & elegãter. in princ. ff. de dol. mal.

[b] l. Iulianus. §. si venditor dolo. ff. de act. empt.

[c] Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 4.

[d] c. per tuas. de arbitr. & l. cùm antea. penult. C. de arbit.

[e] gloss. d. c. per tuas.

Bonæ fidei perpetuitas in præscriptionibus.

monebatur [a], latissimum scilicet esse discrimen inter vtrumque ius quoad bonæ fidei perpetuitatē, pulcherrimus est præterea locus Concilij Lateranensis ab Alexandro PP. 3 celebrati, relatus [b] quidem in Decretales quasi debitus Cleméti PP. 3, sed insigni quoad authoris nomen errore. quoniam liquet ex ipso [c] fonte, locum illum esse Clementis Alexādrini suis in stromatum libris. At, quisnam quæso legislator est ille vel Euphegius vel Euphesimus, vt est in fonte, vel, vt nostri nūc libri legunt, Ephesinus, cuius illic mentio fit? equidem subsisto. certè Clemens Alexandrinus hunc authorem non exprimit, quod equidem vel sciam vel hactenus inuenire potuerim, quantumlibet post inuestigationem non indiligentem. fortè legendum videretur *Ethnicus*, nisi res ipsa, vel simile quid, etiā Christiani foret Imperatoris [d] Anastasij Clemente Alexandrino longè posterioris; qui tamen aliunde translatitiam potuit cōdere legem. dispiciatur & inquiratur ampliùs. Ethnicorum procul dubio lex [e] fuit illa de vel vsucapiendo vel præscribendo sine bona fide continua, dummodo bona fides interuenerit ab initio; tametsi legumlatores etiam Christiani seculares hanc legem nō correxerint [f], sed Ecclesiastici [g] tandē soli. Quod autem de bonæ fidei perpetuitate dicitur, quæstionis est inter multos non tantùm nostros verum etiam Theologos contro-

122 Clementis Alexādrini esse nō Clementis 3. Pontificis Romani cuius meminit Concilium Lateranense.

123 Ephesinus legislator in c Vigilāti. de præscript.

a ex cap. vl. præscript.

b c. vigilāt. præscript.

c vide Con. Later. sub Alexandro part. 38. Tom. 3. Concil. Surij p. 701.

d l. omnes. C. præscript. vel 40.

e l. heres 43. π. de usurp. & cap.

f l. vnic. C. vsucap. trā for. § pen.

g d. c. vigilāt. c. si diligenti & d. c. vlt. de præscript.

124 Quidsi post vsucapionē vel prę̄scriptionē cōpletam superueniat alienæ rei scientia.

controuersissimæ, num si post vsucapionis vel præscriptionis tēpora semel completa demū superuenerit alienæ rei scientia seu mala fides, vsucapio vel præscriptio talis habenda sit legittima seu Canonica, præsertim quoad conscię̄tiam. quod quidē benigniùs dici potest, cùm iam res iure semel facta possessoris, ampliùs in cōtrouersiam vocanda non sit, ne lites reddantur immortales; nec vllus conscientiæ videatur hic ampliùs iā supersesse scrupulus propter Ecclesiasticæ legis authoritatem non tantùm Ciuilis. ita D. ipse Thomas [a]; ita Dominicus [b] à Soto D. Thomę felicissimus interpres; ita Couarruuias [c]; ita deniq; viri complures præstantissimi.

125 Tēpus luctus iure Pōt. cur nō spectetur in secundis contrahendis nuptiis.

De matrimoniis quoque tum contrahendis tum dirimendis plurima per ius Ecclesiasticū sunt aliter constituta quàm per Ciuile. quandoquidem iure Pontificio seu Ecclesiastico, præter alia capita, mox defuncto marito liberum [d] est mulieri iam viduæ secundas contrahere nuptias, dicto Paulino [e] conformiter; iure Ciuili [f] liberum non est, sed infame, nisi tempore luctus finito. Soluitur autem consensu mutuo, vel ingressu religionis, etiam altero inuito, matrimonium semel consummatum, per Ciuilis [g] legis indulgentiam; ius Ecclesiasticum, iuri diuino conforme, matrimonij semel consummati sacramentum vult esse semper indissolubile [h]. nec verò defue-

a Thom. Quodlib. 12. art. 26.

b Domin. Soto lib. 4. de iust. & iur. q. 5. art. 4. cōclus. 2.

c Couarr. in c. possessor. de reg. iur. in 6. part. Relect. 3. §. 2.

d c. super illa. et c. vlt. de secund. nupt.

e 1. Corinth. 7.

f l. 1. C. de secund. nupt. et l. 1. π. de his qui not. infa.

g l. consensu. & l. si constante. C. de repud. & iudic. de morib. sub. & § distrahuntur. in Auth. de nup.

h c. sunt qui dicunt. & c. Agathosa. 27. q. 2. & tot. tit. de diuort.

126 Adulteram an auctoritate propria recte relinquat maritus.

defuerunt olim virorum quorũdam sanctissimorum exempla cũprimis illustria, qui coniugibus vnà cum prolibus perpetuùm valere iussis & alteri viro nubere permissis, monasticam vel Eremiticam susceperint vitam. quos inter, celeberrimẽ fuit nominis & stupendæ miraculosæque sanctitatis Paulus ille qui Simplicis cognomen inuenit, Antonij Magni discipulus, vir iam tum sexagenarius cùm deseret vxorem cum liberis. cuius rei dedit occasionem coniugis adulterium, quo præter opinionem & expectationem deprehenso, dicitur exclamasse non sine decoro & honesto risu, benè est, benè est, re
» vera nõ est mihi curæ; per Iesum, ego eam
» non accipiam ampliùs; abi, eam tibi habe,
» & eius filios; ego enim recedo & efficior
» monachus. quo dicto se contulit ad sanctum Antonium, nunquam reuersus ad sua, sicut est apud Palladium [a] in historia Lausiaca. Sed exempla pleraque talia non temerè sunt in exẽplum trahẽda; temporibus posterioribus gratia Numinis paulatim legem diuinam clariùs atque perfectiùs per Ecclesiasticos legumlatores interpretãtibus. Nec enim auctoritate propria sine iudicio Ecclesiæ deserenda est adultera, nec Religionis professione vinculum soluitur coniugale sic, vt alteri nubendi fiat potestas. Ac licèt lex illa Ciuilis de maritis defunctis ante nouas nuptias elugendis honestissima per sese sit atque salu-

127 Exẽpla Patrũ omnia nõ temere in exemplũ trahenda.

128 Diuortio non dirimi matrimonium.

a Pallad. in historia SS. Patrum c. 28.

salubertima propter sanguinis confusionem & partus incertitudinem, Paulinum tamen pronunciatum [a] longè salubriùs periculo lubricitatis maiorisque mali liberat viduas procaciores; cùm nubere præstet quàm vri. satius est enim vel certè minus malum nõ lugere maritum defunctum, quàm nouarum nuptiarum tollere libertatem non sine grauissimo præsentissimoque frequenter violãdæ castitatis vidualis periculo; præsertim quòd semel inescatę coniugalibus amplexibus nonnullæ, difficulter ac ægrè deinceps hisce careant, nisi sese totas Deo [b] pietatique dedant, quod non omnes faciunt. Itaque lex Ecclesiastica non solùm leges Ciuiles apertè vel malas vel iniquas tollit, verum etiam per sese bonas ac salutares in loco & in tempore nonnunquam castigat & mitigat vt vel paulò seueriores vel animarum saluti minus propicias.

129 Continẽtia vidualis rara.

130 Leges etiã per se bonas castigari tamẽ.

Concubinatum permittit ius Ciuile; quid vel ineptiùs vel fœdiùs? quocirca lex Ecclesiastica seu Pontificia, diuinę cõformis, concubinatum vt ac tãquam animæ saluti repugnantem nõn immeritò damnat.

131 Concubinatus.

En quàm sit imperfecta passim tota legislatio Ciuilis. Minutiora nõ recito, veluti de præscriptione quinquẽnij per Ciuile [c] ius concessa reis adulterij; de testimonio mulieris in criminalibus etiã causis per idem ius nõ repellendo [d]; de rebus deni-

132 Quinquẽnij præscriptio.

a 1. Corint. 7.

b 1. Timot. 5.

c *l. adulter post quinquennium. C. ad leg. Iul. de adult. & stup. l. miles. §. adulterij reum intra quinque annos. ff. ad l. Iul. de adult. Confer cum notatis à DD. in c. admonere. 33. q. 2. Bart. de differ. inter ius Can. & Ciuile. num. 168.*

d *l. ex eo. ff. de testib. Confer cum c. mulierem. 34. q. 5. iuncto c. 3. et ibi DD. de testib.*

denique complurib⁹ aliis vel nō ita magni momenti vel indifferentibus propemodum, de quibus omnibus ad Bartolū cæterosque differētiarios Auditorem reijcio. De muliebri tamē teſtimonio quod obiter dixi criminalibus in cauſis (dummodo criminaliter non ciuiliter motis) non admittendo per Eccleſiaſticum [a] ius, in contrariū ſolet adferri Gratianus [b] ipſe legem Ciuilem non improbās immò ponens ac recitans. at reſpondendū eſt, nonnulla per Gratianum ex legibus Ciuilibus in Decretum ſuum referri, non vt eadem iure Canonico ſeruentur, ſed vt ex ipſo ſimul iure Canonico liquere poſſit quidnā ius Ciuile talibus de rebus conſtituerit; vt optimè reſpōdit Gloſſographus [c] Pontificius, à Dominico [d] Geminiano, Felino [e], cæterisque, ſingulariter commendatus atque laudatus. Cęterum quorſus ego plura ſigillatim commemorare pergo iuris vtriuſque diſcrimina, cùm iam ſemel in vniuerſum quaſi vel petito iugulo vel erecto ſigno vel rupta glacie facillimum ſit cuiuis ex conſtitutis legitimè ſemel iuris vtriuſque finibus, eorundem finium ſingulis in quæſtionibus præſertim grauioribus regūdorum dirimere iudicium?

133 Muliebre teſtimonium.

134 Argumēta Fortunij Garciæ ſoluuntur.

Reſpondeamus nunc argumentis quæ diſputationi ſuperiori de iuris vtriuſque finibus vel obijciuntur vel obijci probabiliter poſſent. qua in re mirificum ſeſe præbuit virum Fortunius Garcias, primus

a d. c. mulier 34. q. 5.
b c. ex eo. q. 3.
c Gloſſæ c. reb. Eccl. alie. in tractatu lib. 6.
d Dom. in d. 1. verſ. et ta benè ista Gloſſ.
e Felin. in d. 3. de teſt. num. 1.

mus omnium quasi confixis cornicum (sicut in Prouerbio est) oculis, ausus ex professo volumen [a] integrum contexere quo mordicus defendere molitur, vnum eundemque esse iuris vtriusque finem; nempe, humanam & politicam felicitatem. sic enim sonat ipsiusmet Garciæ verba. Perpendamus eius rationes; quæ sunt ferè tales. Ius Ecclesiasticum seu Pontificium, ius est humanum [b] seu positiuum æquè atque Ciuile; finis igitur vtriusque iuris est vnus idemque. Ius Ecclesiasticum fatemur esse humanum; sed negamus consecutionem. quia lex Ecclesiastica sic est humana vt inspirante [c] Spiritu sancto deducatur ex ipsa [d] lege diuina seu diuinitus reuelata, tanquã vel conclusiones vel determinationes è suis vel principiis vel fontibus: at lex Ciuilis est humanà prorsus alio modo, sic videlicet vt ex nuda tantùm deriuetur naturæ solius ratione, vehementer imbecilli per seipsa, sicuti patuit ex præcedentibus. Quanquam sanè respectibus quibusdam lex Ecclesiastica seu Pontificia non immeritò dicitur etiã diuina; partim quòd Spiritu [e] sancto constituatur inspirante, deriueturq; principiis ex [f] Euangelicis; partim quòd ex ipsiusmet ore Christi potestatem legum condendarum Pontifex vt Petri successor acceperit [g]. Et ita sanè diuinos appellauit Canones Constantinus [h] ille Scholasticus Canonum Apostolicorum doctissimus

135 Ius Pontificium quatenus humanum.

136 Ius Põtificiũ quatenus diuinũ.

a Garc. in suo volumine de vltimo fine iuris Canonici & Ciuilis. in princ.

b c. non debet. de consang. et affin.

c d. c. violatores. 25. q. 1. et d. cap. igitur. 25. q. 2.

d d. c. qualiter & quando. 24. in prin. de accusat.

e d. c. violatores. d. cap. igitur.

f d. c. qualiter & quando.

g Ioan. vlt. c. translato sacerdotio. de constitut. c. 1. de transl. Episc.

h Const. Schol. in prefatione sua in Canones Apostolorum,

simus interpres: ita ius Pontificium videtur appellare diuinum Gregorius [a] Nazianzenus: ita ius Pontificium videtur appellare legem Dei Nicolaus [b] Pontifex: ita D. Augustinus religiosissimus author, diuini iuris appellatione non Euangelicũ tantùm sed & Ecclesiasticum seu Pontificium complecti [c] videtur: ita denique Innocentius 4 in vrbe Roma vult vigere studium iuris diuini & humani, Canonici videlicet (inquit [d]) & Ciuilis. Sed quoniã sic vsus nunc scholasticus obtinuit vt illud solum cum D.[e] Thoma diuinum vocemus ius quod per nullius os hominis primò promulgatur hominibusque traditur, nos haud illubenter id Garciæ damus vt ius hoc Pontificium nominemus & agnoscamus esse humanũ, sed eo quo dictum fuit modo non autem quomodo Ciuile. præsertim cùm & Philo [f] Iudæus vir longè doctissimus priorem dumtaxat Decalogi tabulam dignatus appellatione iuris diuini, nominet etiam ius humanum vel ipsam Decalogi tabulam totã secundam; propterea quòd ad charitatem pertineat in homines, vt prior ad charitatem erga Deum; quantumlibet ipsius Dei Patris [g] digito Decalogus ille totus fuerit conscriptus. Loquendi nempe modus apud authores varius est. imitemur nos in appellãdo iure tum diuino tum humano D. Thomã. quo semel admisso, rectissimè dicemus, in ipso quoque noui Testamẽti libro

a c. *suscipe* dist. 10.
b c. 1. dist.
c c. 1. 13
d c. *cùm* ... *uersis.* ... *usleg.* lib
e *Thom.* ... *tota qu* ... 91. *cũ* ... *aliquot.*
f *Philo* ... *lib. de* ... *logo.*
g *Exod.* 31 *ipso fine.*

137 Tabula Decalogi secũdo iuris humani Philoni.

138 In ipso nouo Testamēto quædam iuris esse humani vel Ecclesiastici.

libro reperiri nonnulla quæ non iuris diuini sed iuris humani, attamen Ecclesiastici, dicenda sunt: qualia sunt illa quæ nō ex ore ipsiusmet Christi sed per solos Apostolos inspirāte Spiritu sancto decreta fuerunt, vt in illa Concilij Hierosolymitani per ipsos Apostolos celebrati formula [a] VISVM EST SPIRITVI SANCTO ET NOBIS, &c. dum de legis Mosaicæ circumcisionisq; iugo quæreretur. Ecce Pontificij iuris incunabula. tale quid est & illud Pauli [b], De virginibus præceptum Domini non habeo; consilium autem do. bonum est homini sic esse. mulier alligata est legi quāto tempore vir eius viuit; quod si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat, tantùm in Domino: beatior autē erit si sic permanserit, secundum meum consilium. puto autem quòd & ego spiritū Dei habeam. non omnia videlicet Christus Dominus in terris agēs Apostolos atque discipulos minutatim docuit quæcunque vel ad Ecclesiæ gubernandæ disciplinam vel ad emergentium frequenter dubitationū difficultatumque solutionē pertinerent. adhuc multa habeo vobis dicere, inquit [c], sed non potestis portare modò: cùm autē venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Pastor hinc vniuersaliter Ecclesiæ datus [d] est à Christo Petrus Petriq́ue successor Pōtifex Romanus, ne quis alibi fortè quàm in Ecclesia Catho-

a Act. 15.

b 1. Corint. 7.

c Ioann. 16.

d Ioann. vlt.

139 Pontificij vel Ecclesiastici iuris incunabula.

e lica

lica vel Ecclesiæ Capite hoc generali seu vniuersali certitudinẽ sancti Spiritus expectaret. Illud hinc obseruatu dignissimũ est, vt ac tanquam præclarissimum quid & omni tum admiratione tum veneratione suspiciendum, legem Mosaicam, quæ & ipsi Diuo Thomæ [a] diuina dicitur licèt imperfecta, populo Dei fuisse datam à Deo Patre per [b] Angelos; legem Euangelicam, quæ diuina lex est perfecta, populo Dei, id est, Ecclesiæ Christianæ datam esse à Deo Filio, hoc est, per os propriũ Christi Domini, Dei simul & hominis; legem denique Ecclesiasticam seu Pontificiam pro re nata quotidie dari eidem populo Dei, id est, Ecclesiæ Christianæ, à Deo [c] Spiritu sancto per os meri hominis cui Christus vniuersum gregem suum commisit [d] pascendum. qui quidem Spiritus sanctus Ecclesię Catholicæ nunquam defuturus est rector atque gubernator perpetuus [e]. Qua ex re magis ac magis intelligitur quàm nihil horum sit in vlla lege Ciuili, vtpote naturalem dumtaxat hominis etiam Ethnici rationẽ eamque miserabiliter obcæcatam nunquã excedente. quo magis abhorrendum est ab ista profana Garciæ sententia. Si finibus inter se differunt leges ipsæ profanæ pro diuersitate scilicet politiarum profanarum quibus illæ leges accommodantur, vt accuratissimè docuit Aristoteles, quantò magis different inter se finibus leges poli-

140 Legis Mosaicæ dator Deus Pater, legis Euangelicę Deus Filius, legis Ecclesiasticę Deꝰ Spiritus sanctus.

141 Quàm profana sit Garciæ sententia.

politiarum diuersissimarum propéque repugnantium, politiæ nimirùm spiritualis & politiæ prorsum profanæ seu Ciuilis? Ait Garcias ex iisdem duci seu deriuari principiis Canonicum ius & Ciuile, sola naturali scilicet ex ratione. quod vt falsissimum absolutè negamus, vt ac tanquam clarissimo iuris contextui [a] contrarium; superioribusque rationibus vel solis euidentissimè iam subuersum. Nec est idonea Garciæ replicatio, ius omne tam Ciuile quàm Pōtificium seu Ecclesiasticum ab æterna diuinaque lege deriuari dictitantis. nam fateor ab æterna quidem lege deriuari leges omnes populorum Ciuiles; at pernego leges easdē Ciuiles à lege diuina propriè sic accepta deriuari. Garcia duas illas leges, æternā videlicet atque diuinam indoctè nimis ac perperam confundēte. Lex æterna dicitur summa ratio, in solo Deo existens, atque mentibus omnibus humanis participatione quadam diuinitus indita: quæ peperit legum tum naturalium tum humanarum seu Ciuiliū genus omne; sicuti luculenter post Platonē [b] & alios antiquos docet Cicero [c], lōgeque clariùs atq; perfectiùs & enucleatiùs distinctiusque D. Thomas [d]. Lex diuina propriè sumpta dicitur, quę finē hominis naturalē excedēs & supernaturalē vitæ cœlestis proponens ab ipso Deo reuelata patefactaq; nobis est: quā recentiores nōnulli DD. [e] appellitant diuinā positiuam;

142 Deriuatio iuris Canonici prorsus alia quā iuris Ciuilis.

143 Garcias cōfundit legē æternam cū diuina, pessimè.

144 Diuina positiua.

a d. c. qualiter & quando.

b Plato in Epinomide & alibi passim.

c Cic. lib. 1. de legib.

d Th. m. 1. 2. quæst. tota 91.

e Domin. Soto lib. 2. de iust. & iur. q. 1. art. 1 & lib. 3 q. 1. art. 2. & lib 4. q. 2. art. 1. Navarr. in Manuali Confess. sacerdotū cap. 7. num. 1. 3. 4. & 5.

sitiuam; dum ius vniuersum naturale, simul dignatur nuncupatione iuris diuini,

145 Diuina naturalis.

quæ lex diuina naturalis coniunctim solet appellari; nec est alia, quàm illius æternæ modò memoratæ participatio. nam

146 Quattuor illustres causæ cur diuina fuerit opus lege præter ties alias.

quattuor potissimùm de causis (quas D. Thomas[a] memorat) non sufficiente generi humano lege æterna, nec etiam naturali, nec humana seu Ciuili, lex talis diuina fuit necessaria. causæ necessitatis adferuntur hæ; peccatorum omniũ etiam vel minimorum correctio, non externorum tantùm sed internorum seu motuum seu actuum humanorum compositio, veritatis & rectitudinis omnis certitudo, beatitudinis æternæ seu vitæ cœlestis promissio. quô pulcherrimè D. Thomas refert illud Psalmographi[b] diuinissimum LEX DOMINI IMMACVLATA, CONVERTENS ANIMAS, TESTIMONIVM DOMINI FIDELE, SAPIENTIAM PRÆSTANS PARVVLIS. Leges

147 Leges Ecclesiasticas ex hac diuina deriuari.

autem Pontificias vel Ecclesiasticas non ex lege deriuari dumtaxat æterna vel naturali, sed ex hac ipsa diuina, præter infallibilem rationem iam toties memoratam tum politiæ seu Corporis omnino spiritualis tum totius Christiani gregis ad pascendum Petro[c] commissi, quæ vel sola id conuincit, apertissimè simul comprobat ille iuris Pontificij cõtextus[d] iam toties inculcatus; qui non vnius est Pontificis Innocentij tertij, ne quis erret, sed

Occu-

a Thom. q. 91. 4. in c. artic.

b Psalm.

c Ioann.

d c. qui in d. c. & quam ter et 24. de c. saticnib.

Oecumenici seu generalis & vniuersalis Concilij a Lateranensis; cuius hæc sunt
» verba. Qualiter & quomodo debeat Prę-
» latus procedere ad inquirendum & pu-
» niendum subditorum excessus, ex autho-
» ritatibus noui & veteris Testamenti col-
» ligitur euidenter, ex quibus postea pro-
» cesserunt Canonicę sanctiones. &c. Quid
a clariùs de Canonum seu legum Ecclesia-
sticarum vel Pontificalium principiis &
fontibus atque deriuatione cõtra Garciæ
somnia dici potuisset? Quod quidem si sit
ita criminalibus in causis, hoc est, in iudi-
ciis de rebus merè temporalibus & omni-
no profanis per iudices Ecclesiasticos ex-
ercendis, quãtò iustiùs de reliqua tota di-
cetur Ecclesiastica seu spirituali totius
Christianismi tum politia tum legislatio-
ne cæteris in rebus ad naturã spiritualem
propiùs accedentibus? vt in matrimoniis,
aliorumque sacramentorum vsu, in con-
tractuum quorumlibet fide, in Ecclesiasti-
corum bonorum dispensatione, cunctis
denique cæteris in rebus? quemadmodũ
copiosè perspeximus ex variis atq; mul-
tiplicibus vniuersi iuris huius exẽplis in
omni penè quęstionum genere paulò su-
periùs allatis ad comprobandum totius
Ecclesiasticæ legislationis finem à Ciuilis
legislationis fine diuersissimum. Certè
b quemadmodũ non patiuntur b illi Patres
Concilij Lateranẽsis criminum vel accu-
sationes vel inquisitiones vel denuncia-

a Conc. Later. sub Innocẽtio 3. cap. 8. vide Tom. 3. Concil. Surij pag. 739.

b ind. c. qualiter et quãdo.

tiones aliter instituui quàm iuxta legis diuinæ seu nouæ seu veteris cõformitatem, sic nec vlla patiuntur Ecclesiasticæ leges aliæ cõtrahi negotia sine iusto legis etiam diuinæ temperamento. temperãtur enim leges omnes Ecclesiasticæ seu Põtificales & explorantur ad normam præscriptumque legis diuinę seu reuelatę diuinitus; vt nimirùm conclusiones respondeãt naturę vel sapiant naturam suorum principiorum ex quibus deducũtur atque deriuantur. Quæ quidem sola deriuationis causa facit, vt quemadmodum lex diuina nunquã variat sed in vniuerso mundo semper vniformis est & eadẽ (nec enim aliud est Euangeliũ quàm quod Christus nobis attulit & Ecclesia sola Catholica tenet nobisque tradit) sic & leges Ecclesiasticæ per vniuersum orbem Christianũ & Catholicum sint eędẽ prorsus & vniformes, vnicum ius Pontificium; cùm sit vnica dũtaxat Ecclesia Catholica verbo diuino conformiter imbuta. quod lõgè secus est in legibus Ciuilibus; quæ tantum abest vt vbique terrarum sint eædem, vt ne singula quidem Regna, nec singulæ Prouincię, nec singulæ Regiones, immò nec singula municipia, legibus regantur iisdem, sed & oppidula singula, quinimmò & singuli pagi, & verò territoria penè singula, suis peculiaribus vtantur legibus. qui sic? quia ex naturali tantùm ratione per sese vehementer obscura, ne dicam cœca, dum sua cuique

148 Leges oẽs Ecclesiasticas ad normam diuinę legis explorari.

149 Leges Ecclesiasticas vbique terrarum esse easdem, nõ Ciuiles; & huius rei causa.

cuique placet opinio, leges istæ nascũtur. Quid ergo? nónne leges, inquis, Ecclesiasticæ per naturalẽ quoque rationem, per disputationes, ratiocinationes, examinationes, discussiones atq; discursus varios, eliciũtur ex diuina, tanquã vel conclusiones vel determinationes quædam, sicut optimè Melchior Canus a ostẽdit? respõdendum est, rationẽ naturalem talibus in vel conclusionibus vel determinationibus, per Ecclesiasticos legũlatores ex lege diuina sagaciter eliciẽdis, eidẽ legi diuinæ semetipsam prorsus conformare, sanctiq; Spiritus regi numine; non autẽ nudo tantùm niti iudicio naturali, quod omnẽ gignit legẽ Ciuilẽ. sed & legislator Ciuilis vel Princeps politicus in hãc, inquis, legẽ diuinã poterit, immò verò debet, intueri suis in legibus condẽdis. meritò sanè: sed is nec diuinæ legis est interpres, nec vllam certã vel peculiarẽ sancti Spiritus habet in talibus rebus, immò nec in suis quidem legibus condendis, promissionem. qua ex re fit, vt singuli Principes Christiani leges condãt singulares, id est, peculiares & ab aliorũ Principum Christianorũ legibus plurimũ differẽtes, immò planè discrepãtes & ex diametro repugnantes: idq; propter naturalis rationis infirmitatẽ, dũ sua cuiq; ratio videtur potissima; solis legib⁹ Ecclesiasticis ex diuina semper infallibiliter deriuatis b. quo fit vt equidẽ nõ possim nõ summè demirari quidnã viro alioqui

a *Melch Canus lib. 5. de locis Theologicis cap. 5. §. at hæc opinatio quàm sit inconsiderata.*

150 Quatenus naturali etiam ratione leges Ecclesiasticæ deriuentur ex diuina.

151 Legislator Ciuilis legem diuinam quatenus intueatur.

152 Principum politicorũ leges curadeo differentes.

b *d. c. qualiter & quando.*

153 Couarruuię seu dormitatio seu fluctuatio circa iuris vtriusq; finem deriuationemque.

cordatissimo Didaco Couarruuiæ vel acciderit vel in mentem venerit, vt sui popularis Garciæ fluctibus abreptus quodā loco [a] dixerit, nudè tamen & sine disputatione dixerit, iuris Canonici & Ciuilis eadē esse principia, & prima præcepta iustitiæ, ideoque & eundem finem; & hoc probari scilicet ex proœmio Decretaliū & ex tribus iuris pręceptis per IC^tum proditis [b]. adeò verè dictum fuit *Quandoque bonus dormitat Homerus.* Quanquam sanè Couarruuias [c] paulò pòst, quasi pœnitentia ductus, & à dormitatione sua quadantenus experrectus, nonnihil temperādam censet opinionem Garciæ quoad vnum eundemque iuris vtriusque finem; sic videlicet, vt hæc opinio nō admittatur quidem in legibus Principum Gētilium Ciuilibus, sed in legibus Christianorum tantùm Principum Ciuilibus admittatur, scilicet. At longè circūspectiùs & cordatiùs alij duo Hispani, præstantes tum Theologi tum Philosophi, Dominicus Soto & Melchior Canus. quorum ille quidem sic de iuris Canonici tum deriuatione tū fine loquitur; Canonicæ leges, inquit [d], & Ecclesiasticæ, diuinarum sequaces, Ciuilibus debēt hoc præstare (quas Ciuiles paulò superiùs ad commune temporarium dumtaxat bonum referri dixerat) vt animos hominū à terrenis diuulsos ad Deū promoueant. diuinarum sequaces appellat, quas ex Euāgelica lege deriuatas antea

154 Dominici Soto de diuersis iuris vtriusq; fine sentētia Garciæ cōtraria.

posue-

a Couarr. in quamuis Clem. de pe in 6. rub parte 2. prin num. vers. cui hæc cōm interpret.

b l. iustitia de iust. et

c Couarr. lect 2 § nu. 10. vsq vlt.

d Soto lib. 1 iust. & q. 2. ar conclus 3 finem.

Melchioris itē Cani de eadē re sententia clariss. plenissimaque.

[a] Melch. Canus lib. 8. de locis Theologicis. c. 6. sub finē.

posuerat. hic[a] autē, vir vt summè Theologus ita simul & acutissimus disputator & eloquentissimus Orator, Theologum suum sic informat vt eum velit iuris Pontificij cumprimis esse peritum; cùm pluribus aliis quas memorat de causis, tum quòd summorum Pontificum decreta à iure diuino hoc est, inquit, à libris vtriusque testamenti, dimanauerint: quare cùm Theologia ex iisdē fontibus suos riuulos ducat, ineptè facturum Theologum nisi opera summorum Pontificū velit vti qui Spiritu sancto suggerēte ex diuinis Oraculis dogmata & leges, siue ad fidem siue ad fidelium mores & Ecclesiasticos ritus & ceremonias, collegerint; tum quòd Canonicæ sit facultatis dirigere animas per Canonicas leges in salutem æternam; tum denique quòd vel in solo volumine Decretalium permulti casus & articuli contineantur vtiles & necessarij tam in Conciliis animarum & pœnitentiæ foro quàm in regendis & disponendis Ecclesiis & rebus Ecclesiasticis. Ac optat ille tandem, Theologos qui Canonum sunt ignari, vel à decernendis conscientię casibus abstinere prorsus, ne risui habeantur dum de his nonnunquam respondent vt Magistri quæ nunquam vt discipuli didicerunt, vel certè semper ea præditos esse modestia vt iuris Canonici peritos consulerent: multis in hanc sententiam simul aliis pulcherrimè subiectis. Eiusdem viri

156 Idem finis conclusionum qui principiorum.

fuit & hæc oratio, nec enim finē alium disciplinæ eiusdem principia ac cōclusiones habent. Accedat his duobus Hispanis alius adhuc Hispanus tertius, admirandæ stupēdæque vir & eruditionis & pietatis, maximus Theologus, maximus Iurisconsultus, maximus Philosophus, Ioāni Papę 22. tum chariſſimus tum familiariſſimus, Aluarus, inquā, Pelagius, Episcopus olim Syluensis. qui tam subtiliter & accuratè hæc eadē enucleauit [b], vt nihil addi posse videatur. quem & Canus merito suo laudat atque sequendum sibi duxit. Hoc nobiliſſimum quasi cuiusdam trigæ genus, instar Apollinei tripodis, tria dico hæc splendidiſſima gētis Hispanæ, quinimmò totius Ecclesiæ Catholicæ, lumina, tenebrosis istius Garciæ nebulis, ex Oceani Cantabrici turbulentia surgentibus, dextrè discutiēdis, oppono. Nihil autem pro Garcia facit proœmium Decretalium generaliter de lege loquens in hæc verba;

157 Aluari Pelagij præclarum hac de re iudicium.

158 Nobiliſſimum trigę genus,

159 Oceani Cāntabrici nebulæ commodùm diſcussæ.

» Rex pacificus pia miseratione disposuit
» sibi subditos fore pudicos, pacificos, &
» modestos. & paulò pòst; lex proditur vt
» appetitus noxius sub iuris regula limitetur, per quam genus humanū vt honestè
» viuat, alterum non lędat, ius suum cuique
» tribuat, informatur. Quia Pontifex illic in vniuersum de legis cuiuslibet officio præceptisq; loquitur, cuiusmodi generales vel definitiones vel descriptiones minimè tollunt singularum specierū differentias

160 Nihil pro Garcia facere Proœmiū Decretalium.

a Melch. Ca lib. 12. de cis Theol. 2. nōnul gè à pra

b Aluar. P lib. 1. de planctu Eccl art. 56. seqq. ac lib. 2. art. & seqq. alibi pas

rentias & fines proprios. nõ magis quàm definitio ſacramenti quæ ſingulis cõuenit ſeptem ſacramentorum ſpeciebus, tollit eorũdem ſacramentorum ſingulorũ differentias atque proprietates & fines proprios. quemadmodum nec artis definitio quę ſingulis conuenit artibus, artiũ tollit inter ſeſe differentias ac fines proprios. Lex omnis ad cõmune ciuium bonum refertur; cuius adipiſcendi gratia tribus his vtitur præceptorũ generibus, honeſtè viuere, neminem lædere, ius ſuũ vnicuique tribuere. Sed quid? illud cõmune bonum ciuium neceſſariò metiri debemus ex fine proprio quẽ ſibi quælibet politia propoſitum habet, ſecundũ illa quæ ſuperiùs ex Ariſtotele a rationibus viuis illuſtrato docuimus. prout enim vnaquæq; politia eſt, tales etiam ſunt eiuſdem leges; talemque ſpectant illę leges finem qualis eidem politiæ propoſitus eſt. aliud autem politiæ genus eſt Eccleſia, aliud Reſpublica Ciuilis: alius eſt igitur ac alius ambarum finis, ad quem & leges earundem referuntur. Neque verò propoſitũ fuit in eo Decretalium proœmio Pontificĩ de legum diſputare diuiſione ſuas in vel formas vel ſpecies illas quattuor quas inter ſuperiora breuiter attigimus, & quarum explicatio pleniſſima reperitur apud ipſum Diuum Thomam b & eius interpretem Dominicum c Soto, ſed in genere dumtaxat officium legis cuiuſlibet ob oculos ponere.

Generis definitio ſingulis cõueniens ſpeciebus non tollit proprias earũdem ſpecierum differentias proprióſve fines.

a *Ariſt. lib. 3. polit. cap. 7. in fin. & lib. 4. cap. 1. ſub finem.*

b *Thom. d. q. tota 91. & ſeqq.*

c *Dom. Soto toto lib. 1. et 2. de iuſt. et iur.*

Nec

Nec ea disputatio de variis legum generibus, id est, speciebus pertinuisset ad rem; cùm nemo lector vel inspector Decretaliũ Christianus, esset ignoraturus, ab Ecclesiastico spirituali q; legislatore summo Pontifice nõ alias potuisse leges expectari quàm quæ spirituali politię motibus q; Christianis dignæ forent. sicuti nec illud ignoraturus erat vllus, bonum commune seu publicum ciuium Ecclesiæ, non esse temporarium vel seculi præsentis, at spirituale; veram vitæ Christianæ honestatẽ non esse quid externũ dumtaxat, sed multò magis internum; neminem lædere, bonis Christianis & Ecclesiæ Catholicæ filiis lõgè quid esse perfectius & integrius, quàm sit hominibus tãtùm ciuiliter consideratis; ius vnicuique suum tribuere, nõ ex legum Ciuiliũ tantùm præscripto sub inde fallaci, sed ex Ecclesiasticæ legis diuinam constanter imitantis atque sequẽtis norma quasique lima, per interuẽtionem iustitiæ Christianę. Cui solutioni conformiter, & pari ratione, nihil etiã pro Garcia facit vel sanctus Doctor [a] Thomas, quem sæpiùs iste pro se (sed extra propositum) nominat & appellat, vel Aristoteles [b], vel Cicero [c], vel Iustinianus [d] noster, vel IC^tus [e]; quos omnes finẽ legis bonum seu publicum seu commune ciuium ponere conspicimus. nihil inquam pro Garcia faciunt hi tot ac tanti viri: quia pariter omnes de lege loquuntur in genere, seu de le-

162 Bonũ commune aliter ab Ecclesia considerari aliter à politia Ciuili.

163 Trią itẽ iuris prȩcepta

164 Nec sanctũ Doctorem, nec Aristotelem, nec Ciceronẽ, nec Iustinianum, nec IC^tos, nec vllos alios, vel hilũ facere pro Garciȩ sententia.

a Thom. 1.2. q. 90. art. 2. q. 95. art.

b Arist. lib. Ethic. cap. & lib. 9. 10. & al. frequenter.

c Cic. lib. 2. fic. vbi. per leges bo beatéque uitur.

d Iustinian. auth. vt nu luxur. cont. natur. in pr fatione. & auth. quom do oport. E pisop. in pro & alibi fr quentissim

e l. 2. ff. de l.

de legis officio cunctis legum generibus communum; quod, vti diximus, nihil ad finium propriorum distinctionē pertinet. oportet enim definitiones generales esse tales vt singulis applicari possint speciebus. itaque fateor, D. Thomam sic etiam loqui de iure Pontificio,& quidem simul allatis alibi [a] Ecclesiasticarum legum exemplisiat pernego consequentiā isti Garciæ hanc, Ergo iuris vtriusque vnus idemque finis est. cùm fines legum varientur pro varietate politiarū quibus dantur eædem leges,& singulę species inter sese necessariò finibus distinguātur. Et hanc esse sententiam D. Thomæ, finem videlicet iuris Canonici prorsus alium esse quàm sit finis iuris Ciuilis, apertissimè clarissiméque docet ipsemet ille D. Thomas ex professo, suis in Quodlibetis; quæ si Garcias vel vidisset vel perpēdisset, vehementer ipsum puduisset istius tam vel captiosi vel calumnioſi sui de D. Thoma iudicij vel interpretationis verborum [b] D. Thomæ legis finem generaliter proponentiū. Sic igitur in suis Quodlibetis de iuris vtriusque fine scribit ipse sanctus Doctor in quæstione de præscriptione. Secundò quærebatur, inquit [c], vtrùm ille qui mala fide præscripsit teneatur ad restitutionē. Et videtur quòd non; quia lex dicit, quòd qui etiam mala fide præscribit acquirit dominium. contrà, Decretalis dicit quòd tenetur, nec acquirit dominium. Respondeo

[a] Thom. 1 2. q. 95. art. vlt. §. Secūdò est de ratione legis humanæ. & q. 97 art. 2. & 3. & q. 108. art. 2.

[b] Thom. d. art. 2. q. 90.

[c] Thom. Quod. lib. 12. art. 26.

165 D. Thomę clarissima de diuersissimo iuris vtriusq; fine sentētia; Garcię Garcianisque, nunquā visa, vel certè non animaduersa.

» deo dicendum, quòd circa hoc est contra-
» rietas iuris Ciuilis & Canonici; quia se-
» cũdum ius Ciuile talis præscriptio tenet,
» secundum ius Canonicũ talis prescribere
» non potest. Et ratio huius contrarietatis
☞* est, quia *alius* est finis* quem intendit Ci-
» uilis legislator, videlicet pacem seruare &
» stare inter Ciues, quæ impediretur si præ-
» scriptio non curreret; quicũque enim vel-
» let, posset venire & dicere, *istud fuit meũ*,
» quocunque tempore. Finis autem iuris
» Canonici tendit *ad quietem Ecclesiæ & sa-*
☞* *lutem animarum** ; nullus autẽ in peccato
» saluari potest, nec pœnitere de damno vel
» alieno nisi recompenset*. Et ideò dicen- * al. ta
» dum est, quodsi quis prescribat bona fide penset
» possidendo, nõ tenetur ad restitutionem, dosè.
» etiamsi sciat alienum fuisse, post præscri-
» ptionem; quia lex potest aliquẽ pro pec-
» cato & negligentia punire in re sua, & illã
» alteri dare & concedere: sed qui mala fide
» prescribit, tenetur emẽdare & satisfacere
» reddendo damnum quod intulit. Ad ar-
» gumentum ergo dicẽdum, quòd verũ est
» quòd omnia sunt Principum* ad guber- * al. prin
» nandum, noñ ad retinendum sibi vel ad pium. *fo*
» dandum aliis: & si quę leges tales sunt, ty- *mendosè.*
» rannicę sunt; & non absoluũt à conscien-
» tia, sed à foro iudiciali & violentia. Quid
vel clarius vel efficacius contra totã Gar-
cię de vno eodemque iuris vtriusque fine
disputationem vel dici vel audiri potuis-
set? Iniuriam itaque fecit grauem Garcias
D. Tho-

D. Thomę dum ſuas illi nouitates & imaginationes fantaſticas attribuere fuit auſus. ac vbi Gerardum [a] Senenſem Theologum pariter atque Iuriſconſultum & Ioannem [b] Andream viros lõgè præſtantiſſimos temerè ſibi refellẽdos propoſuerat, contra ſanctũ ſuum Doctorem ſemet incautus & imprudẽs armauit; ipſiuſmet nimirùm D. Thomæ ſententia, quam videmus apertiſſimam, petulanter & ſine rationibus vllis idoneis, immò nec vllam probabilitatis imaginem præ ſe ferẽtibus apud inſigniter eruditos, oppugnata. Certè Gregorius 9 in illo Decretaliũ proœmio non minùs de lege loquitur Euangelica quàm de lege Pontificia vel etiam Ciuili, cùm Rex ille pacificus quẽ nominat, ſit ipſe Chriſtus Dominus Euangelicę legis auctor. nemo tamen mortalium dixerit vnquam, præter vnum fortè Garciam, legis Euangelicæ legisque Ciuilis vnum eundemque eſſe finem; niſi quatenus nomen legis atque definitio deſcriptioq; legis in genere, ſingulis neceſſariò quadrat legum ſpeciebus, vti diximus. At, inquit [c] Garcias, ius etiã Ciuile ſalutẽ ſpectat animarũ pro fine ſuo vltimo: vult enim proximum iuris vtriuſque finem eſſe humanã & politicã felicitatem, vltimũ autem iuris vtriuſq; finẽ eſſe ſalutem ſempiternã. quid audio? quî, Garcia, probas quod aſſumis? quia lex etiã Ciuilis peccata prohibet [d], inquit, & lex diuina vel Euangelica, lex

166 Cõtra ſanctum ſuum Doctorem ſemet armauit Garcias dum Senenſem Theologũ & Ioann. And. IC^tum petulanter impetiit.

167 Proœmiũ Decretaliũ de lege ſimul Euangelica loqui.

168 Ius etiã Ciuile Garcias ait pro fine vltimo ſalutẽ ſpectare animarum, ſcilicet.

[a] Berar. de Seſſis in tractatu ſuo de præſcriptione.

[b] Ioan. And. ad c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6.

[c] Garc. d. trac. illat. 1.

[d] d. l. 2. ff. de Il.

lex[a] est naturalis, ex qua quidem naturali profluxit & Ciuilis & Canonica. Miscet cœlum cum terra Garcias, confusis omnibus. Peccata prohibet ius Ciuile, non ad æternam respiciens beatitudinem, sed ad Reipub. tranquillitatem; sceleratis hominibus è medio sublatis: peccata prohibet lex diuina, quòd animarũ saluti sint contraria; quem finem spectat principaliter & lex Pontificia vel Ecclesiastica, neque peccatores[b] tollit è medio sed ad pœnitentiam salutarẽ cogit. Peccata prohibet & medicus, & gymnastes, & athletes, & agyrtes, & luctator; repletionẽ videlicet ventriculi nimiam, crapulam, ebrietatem, similia: Sed in quem, precor, finem? vel quorsus? vt Corpus vel conseruetur vel reddatur & sanius & firmius & habilius & agilius & robustius. Multi deniq; cunctis in rebus vel prohibent vel imperant vnum prorsus idemque, sed fines respiciunt longè diuersissimos, pro cuiusque nimirum vel professione vel arte vel instituto. Quod autẽ Gratianus[c] dixit, ius naturale esse quod in lege & in Euãgelio cõtinetur, & Isidorus[d], leges diuinas natura constare, nihil aliud sibi volunt in effectu, quàm ius naturale per Euãgelicam legem singulariter illustratum fuisse, non autem quòd lex diuina propriè sic dicta solo nitatur naturalis rationis iudicio, cũ præcipua quæque legis Euangelicæ soli sint accepta ferenda reuelationi diuinæ (quod

169 Peccata quomodo et quorsum prohibeat ius Ciuile, quomodo lex diuina lex q; Pontificia.

170 Medici, gymnastæ, luctatores, & similes quorsum prohibeant peccata.

171 Leges diuinæ quatenus natura cõstent.

a c. 1. d.

b c. inter fin. & alias.

c d. c. 1.

d c. 1. dist. c. 2. dist.

(quod neque Gratianus [a] ipse silẽtio prę-
teriit) qualia propriè dicuntur legis diui-
næ, quam recentiores Theologi diuinam
positiuã vocant, vt monui superiùs. Itaq́;
non tam crassè sumẽdus est ille locus Isi-
dori quasi velit omnia quæcumque iure
diuino vel Euangelica lege cauẽtur solius
esse naturæ, & sub captum cadere huma-
num, sed quòd prima summaq́; præcepta
de moribus ex ipsa ferè natura depromã-
tur. quô pertinet illud Christi de vita ho-
nestè ducenda loquentis [b], *Omnia quæcun-
que vultis vt faciant vobis homines, & vos
eadẽ facite illis: hæc est enim lex & prophetæ.*
quo ex dicto Gratianus Decreti sui to-
tius telam prudenter & feliciter & quasi
bonis auibus orditur. ne quid hic interim
de natura naturante, quam vocant, cum
nostris interpretibus [c] effutiam, néve de
varia iuris naturalis acceptione pueriliter
disceptem. cùm sit alioqui clarissimum,
legem diuinã plurimis in rebus intellectu
humano superiorẽ esse solaque fide pro-
pter diuinam patefactionẽ reuelationém-
ve miraculis firmatam comprehendi, plu-
rimumque à lege tãtùm naturali differre.
quamobrẽ non temere neque sine maxi-
ma causa D. Thomas [d] veterrimorum Ec-
clesię scriptorum vestigia secutus, opero-
sissimè clarissimèque legẽ diuinam à na-
turali distinxit. At Garcias nihil nouit o-
mninò discriminis inter legem æternam,
& legem naturalẽ, & legem diuinam, sed

172 Natura naturans Doctoribus.

173 Necessaria diuinę legis à naturali distinctio.

a c. non est peccatum. §. his itaque respõdetur. dist. 6.

b Matth. 7. Luc. 6.

c vide Turrecrematensem, Dominicum Gemin. Archidiac. Prępositum, Hugutionem, & alios DD. ad c. 1. dist. 1.

d Thom. 1. 2. quæst. tota 91. & præcipuè art 4. & qq. multis seqq.

174 Origo Garciani multiplicis erroris.

confundit omnia: qui fons est & origo Garciani multiplicis erroris. Dices fortè pro Garcia, legem Ecclesiasticam vel Canonicam non esse propriam & peculiarē speciem legis differentē à lege Ciuili, cùm vtraque sit lex humana. Respondeo, legē Ecclesiasticā partim respectu finis vltimi deriuationisq; ex lege diuina propriè sic dicta, partim aliter, censeri diuinam, sicuti superiùs ostendebatur; ac licèt per hominem promulgetur, & hinc humana rectè dicatur, alteri tamen politiæ datur quàm lex Ciuilis, vt iam sæpiùs ex Aristotele fuit inculcatum. Differunt autem specie politia Ecclesiastica & politia Ciuilis, differunt igitur & earū leges inter se specie, licèt humanæ sint ambræ. Genus nempe subalternū hoc *lex humana*, species gignit subalternas has *legem Ecclesiasticam & legem Ciuilem*. Scribit nihilominus in quæstione nùm lex humana subditos obliget in foro conscientiæ Dominicus à Soto[a] D. Thomæ interpres in vltimo suæ probationis argumento, sic; Principis finis licèt proximus sit quietus status Reipubl. supremus tamen est sempiterna fœlicitas ad quam temporalis ille finis tendit: ergo potest suis legibus per virtutem sibi cœlitus donatā in illo supremo foro obligare. Sed hoc argumento D. Thomas ipse non vtitur; & verò quatenus de Ciuilis legis loquitur fine, falsum est. quanquā si Principes quidam Christiani spectent in suis legi-

175 Legem Ecclesiasticā & Ciuilem inter se specie subalterna differre.

176 Politica lex an obliget conscientias.

[a] Dom. ... lib. 1. ... et iure q. 6. artic. ... Ac demū ... strenuus

177 Principes Christiani quatenus finē spectent salutis ęternæ suis in legibus ferendis.

legibus ferendis hunc finem, non vt potestate spirituali vel Ecclesiastica præditi, sed vt fideles Ecclesiæ Catholicæ filij, defensoresque strennui, id faciunt. qui finis quia non proprius est ipsorũ, nec suæ functionis, non venit in considerationē dum propria legis cuiusq; natura spectatur & quatenus vnaquæque lex est atq; dicitur talis. Ita quilibet homo Christianus & vt ciuis cõsideratur politiæ Ciuilis cuius est pars, & præterea vt filius Ecclesiæ cuius est mẽbrum; nec interim desinit hic vnus idemque vir functiones obire proprias & inter sese planè diuersas in vtraque politia tam Ciuili quàm Ecclesiastica, sine confusione prorsus vlla, quantũlibet in functionibus merè prophanis Christianę semper & vbique sit quoque memor cõuersationis. eodẽ scilicet modo quo Princeps verè Christianus & pius in ferendis legibus merè Ciuilibus, id est politicis, memor est legis diuinæ, non vt eius interpres vel cẽsor sed vt subditus ipsemet. vnde rectissimè iustissimeq; legũlatores Ecclesiastici cunctas Imperatorum etiam optimorum constitutiones de rebus Ecclesiasticis volũt omnino pro infectis habendas & irritas[a] esse nisi fuerint à summo Pontifice cõfirmatę. Superaddit Garcias, omne ius esse philosophiæ moralis & Ethices; ideoque finem iuris omnis vnum eundemque esse: sed non animaduertit, alios requiri mores in hominibus

178 Principum cõstitutiones de rebus Ecclesiasticis quatenus ratæ sint.

179 Morali philosophiæ subijci ius Pont.

[a] tota dist 97. iuncto c. 1. et 2. dist. 96 & c. si duo, dist. 79.

Christianis, id est, Ecclesiæ Catholicæ filiis, alios in hominibus politicè tantùm consideratis, hoc est socialiter in vnũ congregatis ad maiorem vitæ huius traducẽdæ cómoditatem; quod & per Ethnicos vel Gentiles laudabiliter fieri potest. Nõ nunc illud hic denuo repetamus, generaliter omnis esse legis, vt mores formet: cuiusmodi quidem generalia legis attributa vel officia nullo modo tollunt proprias differentias propriosq; fines vniuscuiusque speciei legis. Vnde totus error Garcię deprehenditur hic esse logicus vel dialecticus isque longè crassissimus. Lubenter itaque damus id Garciæ, ius omne referri principaliter ad mores, & quidem rationis esse practicæ, non speculationis vel Metaphysicæ vel Theologicæ; dummodo vicissim Garcias fateatur atque det illud nobis, rationẽ hanc practicam simul ad rectam veramque fidem porrigi & extendi; quatenus quidẽ fides illa virtus est infusa diuinitus, virtus inquam Theologica, promptè & alacriter & obedienter amplexãda, non autem nuda quædam seu persuasio seu credulitas; & ita fidei quoq; præcepta sub rationem legis cadere, sicuti mox clariùs apparebit. Quid enim? nónne lex est hæc [a], & quidem lex Euãgelica, lex inquam Princeps, & omniũ tum grauissima tum excellentissima; *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur?* Nónne lex est &

180 Totus error Garciæ logicus est.

181 Ius omne rationis esse practicæ.

182 De fide quoque fieri leges.

[a] Marc.

est & hęc [a], *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nō potest introire in regnum Dei*? Nōne lex est, & ipsius Decalogi prima, de credendo Deum vnum [b]? Nónne lex est & hæc, *Hoc facite in meam commemorationem* [c]? Nónne lex est & hæc [d] eôdē relata, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habebit vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die*? Nónne leges etiam sunt quæcunque de rebus iisdem vel similibus ad fidē quoque pertinentibus vel in Euangelio vel à Pontifice sanciuntur per iura nostra? Meritò ferit eos anathematè Sacrosanctum Concilium Tridentinum [e], quicunque Christum nō esse verum legislatorem sed solummodo redemptorem dixerint, eo quòd Christo non tantùm fidere debeamus tanquam redemptori, verùm etiam obedire tanquam legislatori. fiducia vel potiùs confidentia de nostra salute nimis est vel præsumptuosa vel temeraria nisi legibus atque mādatis Christi pareamus id quod veræ demum fidei est quæ plurimum differt ab ista vel fiducia vel confidētia. Quare nihil mutat, quòd ius omne seu lex omnis pertineat ad rationē practicam seu solos ad mores in agendo faciendoque non in contemplando formādos, id quod vehementer vrget ex D. Thoma [f] Garcias [g]: quia fidei rerumque diuinarum

183 Legislator etiā Christus nō tātùm Redēptor.

[a] Ioann. 3.

[b] Exod. 20.

[c] Luce 22. 1. Corint. 11.

[d] Ioann. vlt.

[e] Conc. Trid. sess. 6. Can 21 de iustificat.

[f] Thom. 1. 2. quæst. 90. art 1. & 2. et quæst. 92. art 1. & alibi frequēter.

[g] Garc. ibid. num. 12. & rursus nu. 48.

184 Fidei dubia verè determinari legibus Pontificiis, non tamen Imperatoriis.

determinatio seu definitio per Ecclesiam hoc est per Ecclesiæ caput Pontificem facta, ceremoniarumque Ecclesiasticarum præceptio, moribus Christianorum rectè formandis est omnino necessaria; cùm fides, prima sit hominis Christiani virtus, basis & fundamentum totius Christianæ professionis, non in solo vires exercēs intellectu, sicut scientiæ, sed in voluntatis etiam consensu & operis impletione vel maxime consistens & experimentum sui prębens. At verò Garcias hic rursus incredibiliter tergiuersatur: ait enim, Pontificē de rebus ad fidē pertinentibus è scriptura sacra scientiaq; supernaturali quidē tum cognoscere tum determinare, sed nō iure condendo de rebus talibus determinare, propterea quòd ius omne sola ratione naturali cōstet, scilicet; Pontificem verò res tales ita priùs determinatas in legem tandem conijcere seruādasque toti Christiano populo proponere ac præcipere; nec enim quæ fidei sunt iure determinari seu definiri, sed priùs per Ecclesiam id est Pōtificē determinata deinceps iure præcipi; nec articulos fidei per ius determinari, sed antea determinatos iurē seruandos præscribi. & hoc illud esse in quo Doctores omnes, præter ipsum, scilicet, hallucinentur. Quid ais bone vir Garcia? Næ tu facis intelligēdo, nihil vt intelligas: quia determinare dubia fidei cùm solius noscatur esse summi Pontificis a, nec ad quicquam tali-

talibus in dubiis credendum nos obligét vllæ determinationes vel opiniones hominum [a] vllorum quãtumlibet ſummorum Theologorum & quidem inter Diuos relatorum, ſed ſolius Pontificis determinatio publica nos obliget; ſimul atque Pontifex ita determinauerit, iam lex eſt ipſamet determinatio. Nam ſi Garcias hic imaginetur determinationẽ quãdam Pontificis præuiam quæ publicam determinationem præcedat, ſimilis eſt etiam præuia legiſlatoris prophani determinatio cunctis aliis in legibus ad componendos mores merè politicos cõparatis, niſi quis præcipitẽ temerariũque nobis fingat legiſlatorẽ; neque tamen propterea rectè negatur legiſlator huiuſmodi de moribus talibus iure determinare quòd priùs ita priuatim de moribus huiuſmodi determinauerit poſtea verò maturè legem de iiſdem tulerit. Par eſt igitur & legum de fidei dubiis à Pontifice latarum ratio; per præuiam nempe Pontificis deliberationẽ determinationémve priuatam, nõ mutari vel nomen vel naturam determinationis publicæ. nec enim Põtifex cõſilij tam præcipitis eſt vt abſq; matura deliberatione ſiue ſecũ ſiue cum aliis præſtãtiſſimis quibuſq; viris aliquid arduũ cõſtituere velit. Deliberatio communicatioque legiſlatores prophani cum ſuis cõſiliariis nõ facit vt propterea per alios iã priùs determinata dicãtur per Imperatorẽ poſtea legibus

[a] c. de libellis. diſt. 20.

præcipi, sed vniuersa determinatio solius & dicitur & est illius legislatoris. Cur igitur Ecclesiasticum legislatorem diuinitus & quidem singulariter constitutum deteriore ponit Garcias loco ? Si Garcias hoc solum dixisset, Imperatores Christianos qui de fide Catholica deque summa Trinitate leges tulerũt, ab Ecclesia factas priùs determinationes in legẽ tulisse, suisque subditis obseruandas præscripsisse, non pessimè dixisset, immò summopere laudandus fuisset, qui fidei determinationem distinxisset ab obseruationis iussione; cùm non sit Imperatorũ determinare fidem, vel dubia fidei, sed Ecclesiæ determinationes obseruari curare vel executioni mãdare: verùm, dicere simul, ipsum Pontificem, summum legislatorem Ecclesiasticum, de rebus fidei quid in dubiis constituentem, non iure determinare, sed per Ecclesiam iam priùs determinata in legem referre, vel prorsus ineptè dicitur, cùm nemo sibimetipsi dare vel à se semetipso capere dicatur; vel schismaticè dicitur, cùm Pontificem determinationibus & opinionibus Doctorũ aut certè Concilij cuiuspiam capite summo carẽtis ponat subijci, quale quid sibi temere sumebant Patres isti Basilienses. Garciam tamẽ in hanc absurditatẽ non adduxit, opinor, schismatis istius fauor, sed improuida iuris vtriusque quasi per omnia paris comparatio, siue de fine quæratur vltimo siue de de-

185 Vel ineptè vel schismaticè locutũ Garciã, de dubiorũ fidei per Põtificem determinatione.

de derivatione siue de principiis. Planè si quid Pontifex in legem suam referret Ecclesiasticam quod iam priùs clara & indubitata lege diuina cautum fuisset, legem diceretur proponere translatitiam non propriam id est Ecclesiasticam. quod secus est in iis quæ sunt iuris Ecclesiastici propriè, qualia sunt omnia per Ecclesiam id est summum Ecclesiæ caput Pontificē tam de dubiis fidei quàm de moribus vltra scripturam sacram definita, per autoritatem sibi diuinitus [a] concessam: adeo vt qui de sic per Pōtificem definitis quoad fidem deinceps vel dubitauerit vel pertinaciter sese gesserit, non minus perniciosè sibi consulat, nec magis ab hęresi sit immunis quàm qui clarum & expressum Dei verbum vocauerit in dubium vel ei pertinaciter obluctatus fuerit. Interdum quoque Pontifex ea quæ merè legis diuinæ sunt in suam refert legem, pœna quapiam temporali salubriter sancita; quòd multi minis pœnarum futuri seculi minimè territi per pœnas huiusmodi Pontificias temporales in ordinem redigēdi sint & in officio continendi.

Hactenus abundè satisfactum sit Garciæ ratiunculis: restat vt breuissimè quæstiones nonnullas hinc dependentes perstringamus. Quæritur itaque primùm, an rectè quidam tum Theologi tum IC.ti Pontificium ius appellauerint practicam quandam Theologiam. sic enim vocant

[a] Matth. 15. Luc. 22.

186 Lex translatitia.

187 Determinationes dubiorū fidei per Pōtificem, paris auctoritatis esse cū cæteris fidei articulis.

188 Metus pœnarū temporaliū frequēter maior quàm sempiternarum plurimis.

189 Practica quædam Theologia recténe vocetur ius Pontificiū.

illud Aluarus ille Pelagius a Theologiæ Canonumque Magister optimus, ac nouissimè Melchior Canus b Theologorũ decus incomparabile; sic etiam vocat illud longè præstantissimus IC. Cosmas Guymierius c Præses olim Parisiensis, ne plures nunc alios hic otiosè memorem. non quòd sacra Theologia per sese praxios quoque non sit, est enim Theologia per sese practica quatenus versatur circa mores & actiones, licèt magis videatur speculatiua si finis Theologicus cum proprio subiecto propiùs inspiciatur iuxta D. Thomam d; sed quòd iura Põtificia seu leges Ecclesiasticæ præscribant modũ rationemque legis diuinæ faciliùs & commodiùs & efficaciùs & fœliciùs exercendæ. Nam siue de sacramẽtorum quorumlibet quęratur administratione, siue de ceremoniis hic adhibendis & in vsum deducendis commodum, siue de disciplina totius Ecclesiæ seu gregis Christianę, siue de verbi diuini ministerio prudẽter exercendo suis vbique locis & temporibus, Ecclesiasticæ leges omnium harum similiumq; rerum infinitarũ directrices quædam sunt commodissimæ & optatissimę. qua de re quoniam copiosissimè luculentissimeque scripsit ad Gratianũ summus Theologus Ioannes Turrecrematensis e Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, actum hic agere quid opus est? Equidem soleo Pontificium ius rectricem subinde Theologiam

190 Rectrix quædam Theologia ius Pontificium.

a Alu. Pe 2. de fi plãctu fiæ artic in abu scopor.

b Melch C lib. 8. Theol.

c Guyme Pragm sanct. collat. dinat. ad ver gere.

d Thom. 2. S Theol artic.

e Ioan. recr. in mio co suorum Gratian cretum.

giam vocitare, quòd circa gubernationē regimenque Christianorum seu circa iurisdictionē clauesque versetur, quæ propriè sunt potestatis Pontificalis. quandoquidem cùm duplex vulgò tradatur clauium genus, Ordinis vnum, alterum Iurisdictionis, cui tertium genus adijciunt nonnulli quod Scientiæ dicitur; primum genus, quòd circa sacramentorum administrationē potissimùm versatur, eatenus quidem Theologicæ videtur esse facultatis quatenus naturam, vim, ac potestatem sacramentorum docet & explicat, quatenus verò modos & rationes administrādi sacramenta præscribit iuris est Pontificij. qua de re Doctores nostri diuersis in locis [a] latissimè. Dominicus à Soto vehementer accommodatè scholis, *Aliud est*, inquit [b], *Deum ipsum per se aliquid instituere, aliud verò hominem diuinitus afflatum; nam sacramenta Deus instituit, sacramentalia verò atque alias ceremonias Ecclesiæ per appulsum Spiritus sancti. quare sacramēta dicūtur de iure diuino, sacramentalia verò & leges Ecclesiæ de iure Pōtificio.* sic ille. Secundum genus clauium, quod est nimirū Iurisdictionis, totū videtur esse iuris Pōtificij quoad iurisdictionē quidem forēsem seu forū fori, quod vulgò dicitur, præter ipsam potestatis huius institutionem quę solius est Christi legisq; diuinæ, sed quoad iurisdictionem conscientiæ seu forum poli vel pœnitentiale, totum genus hoc diui-

191 Clauiū Ecclesiasticarum genus triplex, variè tamen à variis acceptum, quatenus Pontificij sit iuris & quatenus Theologiæ.

a DD ad cap. post translationē. §. cùm ergo. de renunc et ad c. 1. de ordinat. ab Episc. qui renunc. episc. Ioann. Andr. ad cap. 1. de summa Trin. & fide Cath.

b Dom Soto in 4. sentēt dist. 2. q. 2. art. 1. cōcl. 3 § adnotanda tamen est differentia.

diuinæ legis est, præter ceremonias & exercendi modum pœnarumque seu pœnitentiarũ quantitatem, quæ solo iure Pontificio præscribuntur & explicantur. Claues ordinis à clauibus iurisdictionis in sacramento Pœnitentiæ satis euidenter distinguuntur in eo quòd non quilibet ordine sacerdotali præditus & per consequens clauibus, habeat mox absoluendi potestatem, nisi vel populo cuipiam tanquam Pastor præsit vel huiusmodi pastoris vice fungatur vel alioqui priuilegio Pontificali hãc potestatem exercere possit, vt Ordinum quorundam Religiosi. qua de re consulendi sunt DD.[a] nostri. Cæterum de clauibus hisce post S. Thomam[b] pleniſſimè Dominicus[c] à Soto in librum quartum Sententiarũ Petri Lombardi per integras quinq; distinctiones; & breuiter, attamen luculenter, Catechismus ex decreto Concilij Tridentini confectus, partim in explicatione articuli fidei CREDO REMISSIONEM PECCATORVM, partim in Sacramento Pœnitentiæ diuersis in locis. Iam tertium clauis genus quod scientiæ dicitur, proculdubio totum sacrę Theologię solius est, non iuris Pontificij; cùm ad sacræ scripturæ pertineat intelligentiã, quæ Theologorũ propria est. Cuiusmodi clauis in sacra scriptura subinde videtur nominari clauis nunc[d] domus Dauid núc[e] scientiæ nunc[f] Dauid simpliciter. Quanquam

quam sanè Ioannes [a] 22. Pontifex Maximus nullas videtur agnoscere claues alias quàm quæ consistunt in potestate seu iurisdictione regni cœlestis vel aperiẽdi vel claudẽdi; prolata simul ex doctoribus definitione [b] clauis tali: *Clauis est specialis potestas ligãdi atque soluendi, qua iudex Ecclesiasticus dignos recipere & indignos excludere debet à regno.* qui locus omniũ in toto iure Põtificio de clauibus longè pulcherrimus est. glossa tamen quæ dicitur ordinaria [c] Bibliorum, claues dicit esse discernendi scientiam & potẽtiam qua dignos recipere indignos excludere debet à regno. Veruntamen D. Thomas [d] hæc tria clauium genera, videlicet, Ordinis, Iurisdictionis, & Scientiæ, paulò seciùs definit atq; distinguit; ita nimirum: clauis Ordinis, per quam regnũ cœlorum alicui aperitur; & ista tantùm est præsbyteris concessa: Clauis Iurisdictionis, per quam aliquis admittitur & excluditur à regno Ecclesiæ militantis; & hæc etiam aliis quàm sacerdotibus est concessa: Clauis Scientiæ, non importat scientiæ vel cognitionis habitum, sed authoritatem discernendi seu cognoscendi; quod pleniùs explicuerat paulò superiùs [e] aduersus ipsum Petrum Lombardum [f] qui scientiæ clauem sumit etiam pro habitu seu scripturæ sacræ Canonumque scientia. quo loco videmus D. Thomam latiùs accipere clauem Ordinis, & restrictiùs clauem Iurisdictionis, & iu-

192 Clauis quid Ioanni PP. XXII.

193 Clauiũ distinctio D. Thomæ.

a c. vlt. Quia quorũdam. de verb. signif. extrauag. Iannis 22.

b extrauag. Ut nonl. inge princ. vers. Clauis est.

c Ioan. ordin. c. 5. Matth. ad verb. Et tibi dabo claues regni cœlorum.

d DD. Omnes Thom. in 4. sent. d. dist. 9. artic. 1.

e D. Thom. in 4. sent. d dist. 18. q. 1. art. 1.

f Magist. sent. lib. 4. dist. 19. in princ.

& iudicatoria, dꝛco cognitoria, ſignificatione clauem Scientiæ. quemadmodum nempe iudicis cuiuſlibet in exercendis iudiciis officium conſiſtit in duobus, in cognoſcendo priùs, ac in dirimendo poſteriùs, ita confeſſarij cuiuſlibet in exercẽdo Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrãdi officio munus eſt ſagaciter peccata dignoſcere priùs, ac deinceps debitam pronunciare ſententiam; quorũ hoc Ordinis claui D. Thomas attribuit, illud claui ſciẽtię. Cæterum ſiue cum D. Thoma ſiue cum Lombardo ſcientiæ clauẽ capias & interpreteris, nõ ſolius erit legis diuinæ ſed legum ſimul Eccleſiaſticarũ clauis hæc ſciẽtiæ ſic accepta; quandoquidẽ confeſſario, tãquam iudici, legis vtriuſque tam Eccleſiaſticæ ſeu Põtificiæ quàm diuinę neceſſaria prorſus eſt cognitio [a], ſi rectè ſit inter peccatorum diſcrimina diſcreturus & in abſolutionis ferenda tandem ſẽtentia ſalutares vbique ſentẽtias iniuncturus. Vt vt hæc diſtinxeris, illud certè liquet ex hactenus allatis, rectiſſimè dictũ fuiſſe præſtantiſſimis illis à viris paulò ſuperiùs memoratis, iuꝭ Põtificium practicam quandam eſſe Theologiã, vel vt ego dicere ſoleo, Theologiã quandam rectricẽ; præſertim cùm ad cultũ Dei & ad animarũ ſalutem, cõgregatis in vnum Eccleſiæ corpus Chriſti fidelibus, totũ ius hoc referatur; principiis atq; fundamentis Theologicis conformiter. quo prę cæteris argumento

194 Eccleſiæ legumlatoribus & rectoribus obediri præcipit ipſe D. Paulus.

[a] c. in ra. in off.

Theolo-

Theologus vt absolutissimus ita grauissimus Alphõsus de Castro [a] refellit hæreticos nostri seculi quosdam qui leges Ecclesiasticas & Ecclesiasticam potestatem vel contemnunt vel minuunt; cùm tamen ipsemet Apostolus [b] apertissimè de pastoribus & rectoribus loqueretur Ecclesiasticis dum iuberet obediri Præpositis qui peruigilant quasi rationem pro subditorum animabus reddituri.

Quæstiunculas cõparationibus odiosiores à multis moueri solitas ingredi nolo, contentus indicasse scriptores illarum nõnullos paulò celebriores. Quęrunt itaque, sitne recurrendũ potiùs ad cõsulendos Theologos an ad iuris Ecclesiastici professores de materia Põtificali sacris tamen ex literis omnino dependẽte. qualis est hæresis, vsura, simonia, matrimonium cum diuortio, iusiurãdum, periurium, votũ, indulgẽtiæ, decimæ, similesq; materiæ cõplures. Quam quęstionẽ prę cęteris latissimè tractauit ex nostris quidẽ Petrus Ancharanus [c], & Petrus Rauennas [d], & Nicolaus Euerardus [e] in locis Dialecticis; ex Theologis verò Conradus [f] ille Summenhartius vir tũ philosophiæ tum suæ professionis lõgè peritissimus, & nouissimè Melchior Canus [g] in suis locis Theologicis: vnoquoq; professioni potissimũ suæ, sicuti fit, suffragãte. Rationes vtriusque partis excutiat qui volet. Equidem, pro more meo perpetuo, Theologos tali-

195 Ad vtros potiùs recurrendum sit in quæstionibus communibus, ad Theologos an ad Pontificios Iurisperitos.

a Alphons. de hæres. aduers. omnes hæres. verbo Ecclesia hæres 2. sub medium.

b Hebr 13.

c Panorm. in disp. a cuius in. Antiquis & modernis temporibus.

d Petr. Rauen. in exẽpedio suo iuris Ciuilis. & dicta nobilia vtriusque iuris. §. hoc in loco Paulo adducequædam melchra vers Petri de Ancharano.

e Nicol. Euerard. in loco ab authoritate. num. 7.

f Conradus Summenh. de cõtract. q. 49.

g Melch. Canus lib. 8. de locis Theol. cap. 7.

talibus de rebus differentes perlubenter audio, measq; resolutiones ex illis, potissimùm tamen ex D. Thoma, plerumque depromo; de iure quopiam tali cõsultus, frequẽter Theologos adhiberi religiosè desidero;

Dulciùs ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Sed hoc vnum frequẽtius indignor, hasce duas præstantissimas Ecclesiæ Christi disciplinas non ab omnibus & singulis qui præstantes & excellentes aliquando vel Theologi vel Pontificij DD. haberi volunt, assiduo studio cõiungi; sicut ex plurimorum Canonum decretis cõiungi deberẽt: & quod indignius est, illis qui tam necessariẽ coniunctioni studeant inuideri: minutulus reuera iuris Pontificij Doctorellus erit, qui sacrarũ literarum rudis inuenietur; Theologus erit admodum ieiunus, qui sacros Canones (literarum sacrarum fidelissimos atque certissimos multis in locis interpretes) ignorauerit. quis vnquã priscos apud philosophos in eruditorum fuisset receptus album, nisi qui priùs vniuersam confeciſſet omnis eruditionis ἐγκυκλοπαιδείαν? quonã pacto fieri posset vt quis in Ecclesiastici iuris excellat cognitione, nisi saltem philosophiam, nisi Theologiam, nisi rerum simul in Ecclesia gestarum teneat antiquitatem? Nihilominus tamen candidissimè sinceriſſimeque Melchior Canus, *Nec alienum est*, inquit[a], *à vera coniectura Christum Dominum in-*

Melch… lib. 8. … Theolog… 7 sub … vers. … de in… modi… nonũ… pretati…

num iuris Pontificij peritis quodāmodo etiam adesse in legum Ecclesiasticarum vera interpretatione. paulóque post; *Deus*, inquit, *quoniam non deficit in necessariis, nō in Theologos solùm sed in iuris Pontificij peritos spiritum veritatis effudit.* Sanè de rebus suæ cuique facultati propriis & peculiaribus longè certiùs & exactiùs iudicabit quisq; quàm quilibet alius, etiamsi res illæ sint aliunde depromptæ. sic de Musica longè iudicabit meliùs ipse Musicus quàm Arithmeticus quantúlibet ex Arithmeticæ principiis hauriantur Musices præcepta. sic de re Medica longè iudicabit sinceriùs integriusque medicus ipse, quàm quisquã alius, philosophię naturalis etiam peritissimus, quantumlibet ex physicorum principiis aphorismi regulæque cũ præceptis medicorum depromãtur. sic de moribus ciuium, vt ac tanquam ciuium, rectè formandis, quoad vsum captumque fori iudiciorumque, longè iudicabit certiùs & solidiùs ipse tum legislator tum Iurisconsultus, quàm vel philosophus vel Theologus vllus quantumlibet ex principiis partim philosophiæ moralis partim scripturę sacræ (si spectes ius Pontificiũ) prę-cepta huiusmodi deriuentur. quæ ratio Doctoribus hac de quęstione disputantibus hactenus in mentem non venit; cùm tamen sit solidissima. qui sic? quia quę generaliter duntaxat in principiis considerantur, ea sigillatim, particulariter, & in

196 De qualibet scientia vel arte meliùs iudicare peritos artis eiusdē quã illos ex quibus eiusdē scientię vel artis principia depromuntur,

ſpecie vel in indiuiduo pro multiplicium circumſtantiarum varietate ſingulis cauſis atque negociis per publicos magiſtratus atque iudices applicantur & ex æquo bonoque decernuntur. proprium iuridicæ facultatis officium. Quod & in materia fidei, quatenus in forum iudiciale deducitur contra vel hæreticos vel ſchiſmaticos, non ineptè dici poſſe videtur; vt nimirum non tam principiorũ ratio ſit habenda quàm deriuationis; vnde dubio nõ caret an (quod vult Melchior Canus [a]) expediat vt iudicia inquiſitionis hæreticæ prauitatis æque per Theologos (grauiſſimo tribunali ſimul adiungendos, qui de culpis iudicent) atque per iuris Pontificij peritos exerceantur. Nam quis vnquam vidit vllum tribunal iudiciale ſeu forenſe Theologorum? quænam foret iſta rerum ſcena? ſolius eſt Pontificis in caſibus nouis hæreſin definire, ſicut & fidem; veteribus autem in caſibus iura iam deciſa ſufficiunt: ita vt huiuſmodi nouo tribunali Theologico non magnopere videatur opus.

197 De fide vel hæreſi iudiciũ forenſe Theologis an cõmittendum.

198 Nouũ tribunal Theologorũ forenſe.

Quærũt & hoc noſtri Doctores [b], vter in præfecturis Eccleſiaſticis videatur præferendus, an Theologus, an (ſicuti loquũtur [c]) Canoniſta: Reſolutio, qualis antea. Certè ſacroſanctum Concilium Tridentinum pluribus locis [d] gradum ſcholaſticum iuris Pontificij, non deteriori vult eſſe loco quoad Eccleſiaſtica beneficia plera-

199 Theologi Canoniſtis an præferẽdi ſint in beneficiis & prælaturis Eccleſiaſticis.

pleraque obtinenda vel honores Ecclesiasticos adipiscendos atque gerendos, quàm gradum Theologicum; quòd vtraque scientia sit Ecclesiæ prorsum necessaria: sorores enim sunt, si finis consideretur; vel potius mater & filia, si deriuatio spectetur.

Immensa & infinita immẽsi & infiniti Dei Optimi Max. bonitas nosmetipsos hactenus imbecilli & scholastico more, quinimmò rudi crassaque minerua de vltimo iuris Ecclesiastici fine ad sui nominis gloriam & Ecclesiæ suæ decus ac honorem differẽtes, ad finem infinitum hoc est ad semetipsum benignissimè perducat, immò pertrahat; vt in ipsomet illo fine beatissimo sine fine suauiter & beatè tandem conquiescamus. Amen. 200 Finis infiniti desiderium.

CAPVT TERTIVM

De Ecclesiastica legislationis & Iurisdictionis antiquitate, dignitate, auctoritate, necessitate, ex clarissimis Testamenti noui testimoniis; quibus obiter & Ecclesiastica hierarchia cum Ecclesiæ auctoritate supremiq; Pontificis primatu, & perpetua gubernationis Ecclesiasticæ successio, stabilitur; quin & ipsum nomen Constitutionum, Traditionum, Canonum, Decretorũ comprobatur; & Conciliorum tum vniuersalium tum prouincialium & diœcesanorum seu Episcopalium fontes aperiuntur, & vniuersæ denique legislationis Ecclesiasticæ

materia, siue de fide quæratur siue de moribus, panditur. Et vt aliter caput Ecclesiæ sit Christus, aliter Petrus vel Pontifex Romanus.

201 Antiquitas iuris Ecclesiastici seu Pontificij.

IVs Pontificium, ius est Ecclesiasticum; cuius ob id antiquitas ex ipsius Ecclesiæ lucescit ortu. nam cœtus omnis atque societas omnis humana necessariò suis habet opus legibus iam inde à prima sui constitutione; ne conscleratis quidē hominum facinorosorum conspirationibus exceptis. id quod & ratione ducti naturali præstantes Philosophi, Plato, Xenophon, Aristoteles, alij, suis in legibus atq; variis rerum publicarum formis minimè præterierunt, & experientia rerum tacentibus etiam cūctis vbique comprobauit.

202 Nullus hominū cœtus absque legibus, ne conscelera torum quidem.

203 Legum Ecclesiasticarū apud antiquissimos mentio.

Certè legum Ecclesiasticarum (sic enim nominant antiqui Pontificium ius) iam à primordiis Ecclesiæ Christianæ conditarum præter alios plurimos meminêre viri nonnulli partim temporibus Apostolicis partim seculis paulò posterioribus illustres, atque adeo Christi Martyres, iidemque Pontifices Romani, D. Anacletus [a], D. Calixtus [b], D. Fabianus [c], D. Stephanus [d]. Item D. Hilarius [e] Pontifex in epistola ad Episcopos prouinciæ Tarraconensis, non Martyr quidem Christi sed eius cum vitæ suę periculo Confessor cōstantissimus atque sanctissimus. quorum perpetuam circa leges Ecclesiasticas sedulitatem, sicut & cæterorum plerorumque Ponti-

204 Temporis Apostolici sedulitas in legibus Ecclesiasticis condendis, vt & omnis æui succedentis.

Pontificum Romanorum D. Petri successorum, tota loquitur & clamat posteritas; peculiaribus tum constitutionum tum Conciliorum per auspicia Pontificia celebratorũ voluminibus instructissima: non libris tantùm nostris hoc est corpore sicuti vocant Canonico, verumetiam Conciliorum Tomis quattuor ingẽtibus per Laurentium Surium Carthusianũ postremò congestis luculenter testantibus.

205 Nouis atq; nouis opus esse semper legibus.

Nec mirum; cùm leges Ecclesiasticæ cœperint vnà cum ipsa Ecclesia; quæ quãdiu regetur & quãdiu stabit, tamdiu legibus pro re nata nouis atque nouis indigebit, pro negotiorum scilicet humanorum in his Ecclesiasticæ quasi nauis vndique cõcussæ fluctibus exorientium varietate & inconstãtia; quemadmodum fit & in Ciuili politia per huiusce seculi seu Principum secularium cõstitutiones variasque populorum quorũlibet leges: rebus humanis nimirũ quotidie nouis atque mutabilibus nouas atque mutabiles exigentibus leges, quasi malorum nouè nascentium noua pharmaca.

206 Ecclesiasticę leges ante Christũ natum iam inde ab orbe condito.

Dei Ecclesia, priusquam Christus Dominus nasceretur, angustis admodũ concluſa gentis vnius propè finibus, ab orbe condito suis quibusdã regebatur legibus primùm non scriptis deinde per Mosen scriptis; in quibus quidquid est cæremoniarum vel Pontificatus Aaronici ius fuit Ecclesiasticum seu Põtificium populi Iudaici.

207 Ecclesiæ Christianę leges; auctoritate tũ ipsius Christi Domini, tum Apostolorum, fieri iussæ; totiusque status Christiani vel Christianissimi necessitatibus ita postulantibus desideratæ.

daici. post natum, passum, & rediuiuum Christum, latiùs Ecclesia Christi propagata, totius orbis terrarum complexu lætabundè & exultabundè mox excepta, variis legibus Ecclesiasticis vel Pontificiis prudentissimè sapientissimèque pedetentim fuit exculta. sic ipso Christo volente, sic Apostolis ipsis docentibus, & quidem in ipso noui Testamenti volumine; sic denique perpetuo totius Ecclesiæ statu vel si mauis decursu prorsus postulante. quę singula tria breuiter probemus. Quęris igitur vbinam sic ipse Christus voluerit? Cùm alibi, tum quinque præcipuè locis. Primò, vbi singulariter [a] claues regni cœlorum soli Petro dedit vniuersaliter. Secundò, vbi generaliter deinceps omnibus Apostolis tum ante [b] mortem suam tum post resurrectionem [c] suam priusquam in cœlos ascenderet, potestatem ligandi soluendique, sine mentione clauium (soli Petro iam priùs concessarum) quasi sub alis eiusdem Petri, communicauit; vtpote vocatis & adscitis in partem solicitudinis Ecclesiasticæ; à Petro Petrique successoribus Romanis [d] Pontificibus de plenissima illa clauium potestate in alios aliorum Apostolorum successores Episcopos [e] pro suis quosq; prouinciis & diœcesibus in posterum deriuandæ. Nam quod Melchior [f] Canus vir alioquin emũctissimæ naris alios [g] quosdam secutus existimat, Apostolos omnes priui-

208 Testimonia Christi Domini de Ecclesia sua legibus oportunis excolenda.

209 Solum Petrum vniuersaliter accepisse claues; reliquis Apostolis in partem duntaxat solicitudinis admissis eiq; iunctis à Christo.

priuilegio quodam singulari personaliq́ue fuisse paris omnino potestatis, id equidem non adeo solidè dici putauerim: quandoquidem non obscurè præ se fert, immò satis clarè profitetur Diuus Anacletus, ipsorum etiam Apostolorum dispatem fuisse potestatem, quoad iurisdictionem nempe in vniuersum, seu principatum seu primatum; licèt par fuerit potestas quoad muneris Episcopalis in suis cuique prouinciis functionem. quô pertinet quod scribit [a], inter beatos Apostolos quandam fuisse discretionem potestatis: Petro enim à Domino concessum esse vt reliquis omnibus præesset Apostolis. Et ita sumendum est quod ait alibi, cæteros Apostolos cum Petro pari [b] cõsortio honorem & potestatem accepisse quidé, attamen Petrum eorundem Principem fuisse. quibus ipsismet penè Anacleti verbis religiosè fuit vsus & ipse D. Cyprianus [c], quam sententiam post alios etiam nostros interpretes antiquiores pulcherrimè comprobat Præpositus [d]. Atque de clauibus Petro soli datis latè Pighius [e], quo semel obiter ac breuiter admonito, reliqua memorare Christi testimonia pergamus. Tertiò, vbi fratrum confirmationem [f] soli Petro singulariter item imperauit & iniunxit, quo ex loco soli Romano Pontifici competit ius confirmationis aliorum omnium Patriarcharum, suorum nempe confratrum; immò & exemptorũ

210 Inter Apostolos discrimen potestatis fuisse.

211 D. Cyprianus de Apostolorũ potestate locutus, formã priscorum Pontificum religiosè seruauit.

a Anacl. in epist. 3. ad omnes Episcopos. vers. inter cæteros Apostolos. et d. c. sacrosancta. §. vlt. dist. 22.

b c. in nouo Testam dist. 21

c Cypr. tract 3. de vnitate Eccl. & c. loquitur. in prin. 24. q. 1.

d Præpos. ad c. vlt. dist. 94.

e Pighius lib. 3. Eccles. hierarch. cap. 9.

f Luc. 22.

quorumlibet Ecclesiæ Præsulum, etiã inferiorum, velut Abbatum. Sic illud Christi Petro loquentis, *Confirma fratres tuos*, explicat & accõmodat dexterrimi vir ingenij D. Antonius Possevinus [a]. Quartò, vbi soli Petro semel iterùm atque tertiò singulariter etiam commẽdauit [b] vniuersum suum gregem, quod boni pastoris est & rectoris, pascendum. Quintò, vbi de rebellibus & obstinatis hominibus iudiciũ Christus Dominus permittit [c] Ecclesiæ hoc est Ecclesiæ Præfectis; adeò vt si quis eam contempserit, omnino sit habendus velut Ethnicus & Publicanus. in illo nẽpe loco per Ecclesiam ineptè quis intelligeret vniuersum Christianorum cœtum, cùm iudicia coërcitionesque non penes totum populum sed penes pauculos aliquot necessariò sint Præfectos vel Magistratus. ineptiùs autem illic per Ecclesiam intelligerẽtur ipsa loca Christianorũ quô conueniebãt vel templa vel ædes ipsæ sacrę, cùm saxa lapidesque vel alię quælibet inanimes materiæ non queãt iudicare, sed hominum sit hoc munus potestate seu iurisdictione præditorum. Ex eodem Christi mãdato *dic Ecclesiæ* simul intelligimus qualẽ quantamq; vim habeat illud Christi ad suos Apostolos atque discipulos dictum [d], *qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit*. Quæ omnia superiora, & potestatis & Iurisdictionis & legislationis, in Petri quidẽ successoribus primariæ supre-

4 5 6

212 *Dic Ecclesiæ*, quomodo sumẽdum.

213 Qui vos audit me audit, quô pertineat.

[a] Ant. Possevinus in Moscou. loquutus rum pri Duce Mo uia.

[b] Ioann.

[c] Matth.

[d] 1. Petri 1. Cor Matth. Luc. 1 Ioann

supremæque in aliis verò secũdariæ & inferioris, auctoritatem sonant. quorsus autem Iurisdictio, quorsus auctoritas legislatoria, quorsum potestatis prærogatiua, si re ipsa non exerceretur cõtrouersiis absolutè seu citra vlteriorem prouocationẽ dirimendis, legibus Ecclesiasticis oportunè ferẽdis, malis moribus Christianorum bona disciplina censuraque corrigendis? Hæc euangelica testimonia modò producta sic accipiẽda esse quemadmodum nos hîc accepimus, vniuersa testatur antiquitas Ecclesiastica, vniuersus Doctorum & interpretum sacræ scripturæ sanctissimorum tum Græcorum tum Latinorum cœtus, vniuersa Christi Ecclesia. quod in Syntagmate de Hierarchia inter Ecclesiasticas nostras antiquitates aliàs edito pleniùs ostendimus, & pro parte simul in Syntagmate de prouocatione à Pontifice ad Concilium non admittenda.

214 Apostolorum hac de re testimonia in ipso noui Testamẽti libello.

Videamus nunc, quod secundo loco proponebamus, vbinam tale quid, Ecclesiasticis inquam de legibus populo Christiano tradendis, aliquando docuerint in ipsius noui Testamẽti voluminibus Apostoli. Primùm, conspicimus ab Apostolo Petro [a] πνευματικὸν οἶκον. i. *spiritualem domum* vocari Ecclesiam. Quemadmodum & à D. Paulo [b] θεοῦ οἰκοδομὴν. i. *Dei ædificationem*. cuiusmodi domus & ædificatio quilibet etiam Christi fidelis dici quidem poterit, sed vt Ecclesiæ membrum. Quis

1

a 1. Petri 2.

2

b 1. Corint. 3.

autem tam cœcus est aut vnquã fuit qui non videat vnamquamque domum suo opus habere Rectore Gubernatore Patrefam. qui singulis domesticis agẽda prę-
scribat & omnes in officio contineat? vnamquamque item ædificationẽ suo in-
5 digere Architecto? Et verò præcipit idem Paulus [a] vt omnia fiant in Ecclesia εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν. i. honestè (vel vt alij vertunt decenter) & secundum ordinem. per qualem εὐταξίαν seu boni regiminis & ordinis obseruationem leges omnes Ecclesiasticæ seu Cõstitutiones & iura Pontificia sartum tectũ perpetuo conseruant
4 vniuersum Ecclesiæ statũ. Quin & ipsum propè argumentum satis locuples talium Constitutionum seu legum promulgandarum ipse D. Paulus [b] indicauit; *quæcunque sunt*, inquit, *verà, quæcunq; pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ; hæc cogitate: quæ & didicistis & accepistis & audistis & vidistis in me. hæc agite; & Deus pacis erit vobiscum.* Dico quid amplius, Apostolos in ipso noui Testamenti libello non tantùm Ecclesiasticæ disciplinę in omnem perpetuitatem diligenter obseruandę facere mentionem, verumetiam Cõstitutiones quasdam seu leges Ecclesiasticas populo Christiano tradidisse, partim scriptas partim nõ scriptas. id enim clarissimè scribit ipse D. Paulus [c] ad Thessalonicenses in hanc sententen-

a Act. 1 ipso fine.
1. Cor. in ipso
b Act. 16 Philip.
1. Cor. in ipso
c 2. Thes.

sententiam; *state & tenete traditiones* (Græcè παραδόσεις) *quas didicistis siue per sermonem siue per epistolam nostram*. & clariùs adhuc D. Lucas[a] in Actis Apostolicis de eodem Paulo qui Syriâ & Ciliciam perambulabat; *confirmãs*, inquit, *Ecclesias; præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorũ*. qui totus locus Græcè multò significantiùs ostendit, illa præcepta fuisse veras Constitutiones Ecclesiasticas ab Apostolis constitutas. ait enim Lucas, διαδασσων φυλάσσειν ἰὰς διαλαξεις τῶν Ἀπο όλων καὶ πρεσβυτέρων. quam totam clausulam licèt hæretici quidam prisci tustulerint è contextu Lucæ, tamen res eadem repetitur, & quidem longè clariùs repetitur, ab eodẽ D. Luca sequenti mox capite[b]. *Cum autem transirẽt ciuitates*, inquit, de D. Paulo atque Timotheo, *tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis*. vbi Glossographus, qui vocatur, Ordinarius post veteres omnes & Græcos & Latinos Ecclesię Doctores per vnicam dumtaxat interlinealem voculam *dogmata* prędarè & insigniter interpretatur *statuta*, quæ sunt veræ Constitutiones atque leges Ecclesiasticæ iam tum ab Apostolis factæ traditęque Christianis. Ac promittit Corinthiis ipse D. Paulus[c], cùm venerit eô, *se cætera* (quæ nimirum ad Ecclesiasticam pertinent disciplinam) *dispositurum* seu constituturum. nam Græcus contextus habet

5 6

216 Hæretici sacræ scripturæ mutilatores.

7

217 Cõstitutiones Apostolorũ seu διαλάξεις.

8

[a] Act. 15. in ipso fine.
[b] Act. 16.
[c] 1. Corint. 11. in ipso fine.

bet διαλάξομαι, quod est *constituam*; vnde nomen Ecclesiasticarum Constitutionum descendit. Leges igitur seu Constitutiones Ecclesiasticas iam tũ accipiebat Ecclesia Christiana.

218 Statui totiꝰ Christianiſmi necessariò legibus esse semper opus, ex ipsa probatur noui Testamenti scriptura.

Tertiò postremoque considerem⁹, quomodo re ipsa status Ecclesiæ perpetuus iam inde à primis initiis necessariò leges Ecclesiasticas vel quod idem est iura Pontificia seu Constitutiones Apostolicas desiderauerit, desideretque etiamnũ, & ad finem vsque mũdi sit desideraturus. quod ipsum licèt ex his quæ iã dicta sunt satis liqueat, & per sese clarissimũ sit, adeò vt qui contrà sentiunt ipsa videantur petere principia, tamen quia cum impudentissimo nobis negotium est seculo, breuiter demõstremus; idque, ne cuiquam tergiuersandi relinquatur occasio, rursus ex ipsa noui Testamẽti historia seu expresso scripturæ sacræ verbo. Siue fidem spectes igitur, siue mores populi Christiani (quò referuntur [a] omnia quæcunque libris omnibus tum sacris tum Ecclesiasticis vel Pontificiis tradũtur) mox à Christi ascensione legibus Ecclesiasticis opus fuisse declarauit insignis illa inter ipsos Apostolos de Mosaicæ legis vnà cum Euangelio obseruatione dubitatio; de qua D. Lucas [b] in Actis Apostolicis; quę Concilij Hierosolymitani omnium primi causa fuit, vbi re diligenter excussa, tandem placuit vnanimiter, iugum Circumcisionis legisque Mosai-

219 Seculũ hoc impudẽtissimum.

220 Omnis legislatio sacra vel ad fidem pertinet vel ad mores.

221 Dubitatio tẽporibus Apostolicis de Mosaicæ legis obseruatione.

222 Primũ Cõcilium Ecclesię Christi.

[a] toto Cod. Trident. libris omnium bus Pii princ.

[b] Act. 15

Mosaicæ non esse cuiquam imponēdum. quo in loco simul & ipsa formula decernendi constituendique videtur obiter indicari per hæc Apostolorum in illo Concilio congregatorum verba; VISVM EST SPIRITVI SANCTO ET NOBIS, &c. Sic enim Christus ipse priusquam crucē subiret Apostolis promiserat [a], sanctum Spiritum ipsos omnia posteà docturum. quod & rediuiuus iterum confirmauit [b], nimirum ad finem vsque seculi se in omni vel periculo vel dubio cum ipsis futurum; ne quis fortè ridiculus existimaret ipsorum dumtaxat personis & non omnibus ipsorūmet in posterum successoribus hoc ipsum promitti. quod & Ordinarius quem dixi Glossographus, post D. Cyprianū [c], post D. Ambrosium [d], post Theophylactum [e], post alios plurimos nō solùm Latinos verumetiam Græcos, admonuit [f]. *Quod Apostolis*, inquit, *hoc per successiones vniuersali Ecclesiæ promittit*. Obserua tu singulariter illud NOBIS in illa formula Decreti Hierosolymitani. quia non cuilibet spiritui credendum [g] est, quem se vel sceleratissimus quisq; schismaticus & hæreticus putat & gloriatur habere sanctum; sed Spiritui illi sancto qui NOBIS id est Ecclesiæ id est Præfectis Ecclesiæ sub vno Capite Petro Petrique successore quocunq; Romano Pontifice militantibus, pro re nata loquitur: Pōtifice solo cæteros omnes

223 VISVM EST SPIRITVI SANCTO ET NOBIS, quorsum pertineat.

224 Illud NOBIS quorsum.

a Ioann. 16.

b Matth. vlt. in ipso fine.

c Cyp. in epist. ad Sergiū Rogatianū. cuius initiū est, Saluto vos fratres charissimi.

d Ambr. lib. 2. de vocatione omnium gentium. in ipso princ.

e Theophylact. in ipso fine cap. vlt. Mat.

f Glos. ordinar. in d. locum D. Matthæi.

g Ioann. 4.

nes ad extremum confirmante, dubiumque quoduis tollente, ne semper in incerto miserabiliter hæreamus. Pulcherrimũ quid scribit hac de re D. Hieronymus a. *Habent quidem eãdem iudiciariam potestatem*, inquit, *alij Apostoli, quibus post resurrectionem Christus ait, accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis &c. Habet etiam omnis Ecclesia, in presbyteris & Episcopis. Sed ideo Petrus specialiter accepit, vt omnes intelligant quòd quicunque ab vnitate fidei & societate eius se separauerit, nec à peccatis solui, nec cœlum potest ingredi.* vbi vel pronomẽ EIVS ad ipsum Petrum ab Hieronymo referri putandum est vel certè mens Hieronymi sic accipienda vt Hierarchicum velit ordinem stabilire, quo feliciter Ecclesia tota sub vno Capite regatur. Theophylacti verba lubet subijcere quòd omniũ cõmodissimè promissum illud Christi mox in cœlos ascensuri declarent. οὐ μόνοις δὲ τοῖς Ἀποστόλοις τοῦτο ὑπέσχετο, τὸ συνεῖναι αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς. οὐ γὰρ ἤπιστο ὁ Ἀπόστολοι ἄχρι τῆς συντελείας ἔμελλον ζῆν. καὶ ἡμῖν οὖν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ὑπισχνεῖται τοῦτο. &c. sic Theophylactus. Quæ Latinè sonant ita; *Non solis Apostolis hoc promittebat, se nimirum semper cum ipsis esse, sed & omnibus omnino suis discipulis. nec enim Apostoli ad seculi vsq; consummationem victuri erãt, & nobis igitur & illis qui post nos erunt hocipsum promittit.* Atque hûc spectat, quãdo de fide quidem quæri-

225 Petri Principatus Ecclesiæ necessarius ad finem vsq; mundi.

quæritur, quòd Ecclesiã D. Paulus a *colũnam* esse dicat & *firmamentum veritatis*; eo quòd in decernẽdo nequeat errare, iuxta infallibile Christi promissum b soli Petro Petriq́ue successoribus factum; quidquid vel schismatici vel hæretici vel vniuersa quoque cacodæmonũ turba machinetur. Exẽpla desideras? En tibi, suppullulascẽtibus mox initio Ecclesiæ Christianę schismatibus & hæresibus, quàm fuerint in eas extirpandas ipsimet Apostoli diligẽtes & acres. A Petro Simõ c Magus primus hæreticus terribiliter increpatur, atq; ab Ecclesia Christiana separatur. Paulus d Hymeneum & Alexandrum circa fidem naufragos tradidit Satanæ, quod est anathemate ferire seu consortio Christianorum extorrem reddere seu excommunicare; sicuti veteres e id intelligunt. Idem Paulus f vitari præcipit Alexandrum quendam fabrum ærariũ verbis Apostolorũ resistentem. Nicolaũ Diaconum g et eiusdẽ sectatores Nicolaïtas à fide recta desciscentes exagitat Ioãnes h Apostolus et Euãgelista. Multas enim iam tũ cœpisse grassari semperq́ue grassaturas hæreses vel ipso Paulo i præmonitore didicimus, & prisci scriptores Ecclesiastici testantur, & res ipsa nunc etiã loquitur ac perpetuò loquetur. Ireneus k iam suo tẽpore numerabat hæreses vndeviginti: Tertullianus l posteà, 29: Epiphanius m deinceps à tẽpore quidem Christi, 60: D. Augustinus n, 88: Damasce-

226 Ecclesia cõlũna & firmamẽtum veritatis.

227 Apostolorum diligens in extirpandis hæresibus cura.

228 Hæresum grassatio perpetua.

229 Hęreticorũ catalogus ingens.

a 1. Timoth. 3.

b Matth. 16.

c Ector. 8. & Can. Apost. 68. al. 29.

d 1. Timoth. 1.

e Audi deniq; Apostolum. 1. q. 3. & c. Notãdum est 23. fin. 24. q. 3.

f 2. Timot. 4.

g Act. 6.

h Apocalyp. 2.

i 1. Corint. 11.

k Iren. lib. 5.

l Tertull. in libel. de hæresibus.

m Epiphan. in 80 hæresib.

n August. in libell. de hæresibus ad Quodvult Deum.

mascenus [a],83: Philastrius [b] Epiphanio senior, post natum Christum hæreses 128: Isidorus [c], cuius catalogum hæreticorum suppeditat Gratianus [d], varias atque multiplices: Honorius [e] Augustodunēsis, qui sub annum Christi 1130 paulò post Berengarij [f] primi sacramentarij sed resipiscentis tempora vixit, plurimas: posteriores atque recentiores, vt Bernardus [g] Lutzenburgus & alij nouissimi, penè dixeris innumeras & infinitas instar hydræ capitum renatas. Nec mirū sanè, cùm relicto semel vnico supremoque Ecclesiæ in terris capite, Petro nimirum Petrique successore Pontifice, fieri non possit quin dū suum quisque sequitur caput opiniones atque sectæ tot exoriātur quot reperiuntur ingenia quæ noui quid superbè moliri nituntur. quandoquidem supremi capitis reiectio, causa est vnica hæresion omnium. quod & Epiphanius [h] prudenter obseruauit, & verò naturalis in homine contrà sentiendi vel ratio vel inclinatio docet. Redeamus ad Apostolos; qui non hæreticis tantùm fortiter obstiterunt & censuras Ecclesiasticas inflixerūt, verumetiam cæterorum Christianorū turpibus & improbis moribus quasi frænum iniecerunt, coërcitionibus adhibitis. Ananias & Sapphira coniuges bonorum communionem exemplo pernicioso defraudātes horribili vindicta coram Paulo [i] corruūt mortui. Paulus [k] idem Corinthium quendam in-

230 Vnica hæresion omnium causa, caput Ecclesiæ vnicum non agnoscere.

231 Improborum per Apostolos coërcitio per formā Iurisdictionis & Iudiciorum,

dam incestuosum vtpote cum sua nouerca consuescentem, Satanæ tradidit; quem tamen resipiscentem posteà recepit [a] in gratiam & Ecclesiæ communionem. Plura sunt alia iurisdictionis Ecclesiasticæ per Apostolos in Christianos exercitæ sparsa per noui Testamenti libellum testimonia, quibus in præsentia supersedeo ne sim in re probatu minimè vel difficili vel necessaria longior. mētio fit cùm alibi tum præsertim Paulinis in epistolis de Virginitate, de Viduitate, de Votis, de Cōiugio & Coniugatis, de Digamis, de Monogamia, de Ieiunio, de Oratione, de Psalmodia, de Liturgia seu sacrificio, de creatione qualitate & officio Episcoporum, presbyterorum, diaconorum, diaconissarum, de decoro & officio cōuenientium ad cœnam Dominicam, de verbi diuini prædicatione, de velamine muliebri, de pauperum cura deque collectis, de rebus plurimis aliis ad Ecclesiasticam politiam tum publicè tum priuatim pertinētibus. de quibus omnibus leges Ecclesiasticas ferri necessarius postulabat vsus; vt secūdum eas, quasi Canone [b] quodam fabrili ductore, totū seu Ecclesiæ seu Christiani cœtus ædificium dirigeretur. vnde & leges huiusmodi non immeritò Canones appellātur. qua voce talibus in rebus reperitur vsus ipse D. Paulus [c]; ne quis fortè sciolus id recētiorum dictitet fuisse commentum. *si quid aliter sapitis*, inquit,

[a] 2. Corint. 2.

[b] 3. Reg. 6. nu. 25.

[c] Philipp. 3. & Gal. 6. in fin. & 2. Cor. 10.

232 Rerū plurimarū ad Ecclesiasticam politiam pertinētium catalogus de quibus Apostoli leges esse certas voluerunt.

233 Canones vnde dicti.

234 Canonis vox ab ipso met Apostolo vsurpata.

& hoc vobis Deus reuelabit: veruntamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, & in eadẽ permaneamus regula. quod Græcè Paulus multò ſignificantiùs dicit, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι. i. *eodem dirigamur vel in ordinem redigamur canone.* quem locum paulò obſcuriorem ſic interpretantur veteres [a], vt ſiquid Philippẽſes meliùs ad cultum Dei excogitauerint, id Paulus velit ab iis Deo, quippe qui ſit reuelaturus, acceptum referri: cæterum quæ iam cognouerunt, nimirum de fide Chriſti, de charitate Chriſtiana, de diſciplina Eccleſiaſtica, vt ea omnia ad vnitatem referant eiq́ue ſtudeant & eoſdem cum cæteris Eccleſiis obſeruẽt Canones, ne ſchiſmata gignantur. Pulcherrimus profectò Pauli locus; vt qui doceat, ſingulis quidẽ Eccleſiis licere peculiares quaſdã pro maiore ſui ſtatus decoratione rationes atque Conſtitutiones adinuenire; ſed ita tamẽ vt vniuerſalibus Eccleſiæ totius canonibus ante omnia & præ omnibus pareant. vnde manauit iam inde ab Apoſtolicis temporibus vt præter & vltra generalium Cõciliorum celebrationem & præter vniuerſales Pontificum Conſtitutions Eccleſiaſticas, Prouinciæ Diœceſesq́ue ſingulæ ſuas item ſynodos tum prouinciales tum diœceſanas concelebrare iubeantur [b]; Prouinciales quidem ſingulis triẽnniis, diœceſanæ verò quotannis. ſiquid fortè præterea cõmodiùs Eccleſiæ ſuæ particulariter & ſeorſum præſcribere

235 Pauli locus illuſtratus.

236 Conformibus vbique Canonibus vtẽdum; ſic tamen, vt quelibet Eccleſia peculiares quaſdam poſſit habere cõſtitutiones.

237 Conciliorũ prouincialiũ diœceſanorũ ratio.

a vide Chryſoſt. 3. ad Phil. ord. ca rano.

b Phot. in Cum Paul Philipp.

vide Cle ſius epiſt. Iacobi f trẽ Dom

1. Corint in princ.

vide C Trid ſeſſ cap. Ref 2 & C nũ hab 18.

scribere queant, huic loco Paulino conformiter. D. Chrysostomus[a] de perfectione vitæ locum Pauli sumit, ne Philippenses putẽt se perfectos esse, sed in submisse de sese sentiendo concordiæ studeant & eodem regula seu eodem canone procedant, *hoc est*, inquit, *eadem fide, eodem præscripto*. nam per Canonem Chrysostomus illic intelligit mandata (siue Christi siue Ecclesiæ) quæ nobis pro regula seruiant. Photius[b] item hunc Pauli locum sic interpretatur: *in eodem*, inquit, *permanere Canone, est eosdem seruare mores & vnum idemque sentire tum in vita degenda tum in doctrina; nam quemadmodum qui mutat aliquod dogma, mutat etiam ac dissoluit superiora; sic & in vita qui mutat et relaxat aliquid, etiam præcedentia contaminat.* Ipse D. Petrus alibi[c] testatur, Clementem Romanum, cui ordinem Episcopalem conferebat, probè scire Canones Ecclesiæ de ligando soluendoque. Nec verò vel solos hæreticos & errantes in fide retuderunt Apostoli, vel alios Christianos moribus corruptos coërcuerunt, verumetiam certos quosdam Paulus[d] iubet esse litium quarumlibet etiam secularium seu temporalium inter Christianos exorientium iudices, eosdemque Christianos, attamen homines ferè contemptibiliores quàm sint illi qui sacris operantur & Ecclesiasticis vacant rebus. *Contemptibiles* (τοὺς ἐξουθενημένους) inquit, *qui sunt*

238 Locus ille Paulinus quomodo sumatur à Chrysostomo.

239 Dogmata non temere mutanda neq; leges.

240 D. Petrus Canones Ecclesiasticos laudat.

241 Iudices requirunt Christianos Apostoli.

242 Cõtemptibiles in Ecclesia quinam.

a Chrysost. d. c. 3. ad Philipp.

b Phot. in d. locum Pauls ad Philipp.

c vide Clemẽt. in epist. 1. ad Iacobũ fratrẽ Domini.

d 1. Corinth. 6. in princ.

in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum si secularia seu ad huius vitæ tuitionem pertinentia(βιωτικὰ vocat κριτήρια D. Paulus) *habueritis iudicia.* significans obiter quantò dignior atque prestantior itēque sublimior sit Ecclesiastica functio quàm Ciuilis, & per consequens quantò leges Ecclesiasticæ præcellāt ciuilibus; cùm alterum corpus ea quę sunt huiusce seculi curet & administret, alterum verò corpus ea quæ sunt spiritus & animorum & salutis æternæ. qua de re nos copiosè diximus in oratione[a] de regundis Theologiæ iurisque cùm Ciuilis tum Pontificij finibus. Ita quemadmodum dixi locū illum Pauli de iudiciis Christianorum sumunt sanctissimi viri D. Chrysostomus[b] & D. Augustinus[c]. quanquam Chrysostomus hoc amplius addit, Paulum nō simpliciter neque principaliter dicere, de secularibus rebus iudicandi potestatem committēdam esse hominibus omnino contemptibilibus & abiectis, cùm procul dubio Christianorū iudices etiam laicos(quos per contemptibiles in Ecclesia Paulus intelligit interprete præter alios D. Hieronymo) viros præstantes & egregios esse deceat; sed potiùs hominibus quibuscunque contēptibilibus & gentiliū iudicio abiectis, dummodo Christianis, committenda esse secularia Christianorū iudicia, quàm Ethnicis. quos quidē Ethnicos à Christianis pro litium secularium diremptione adiri

243 Ecclesiastica functio quanto sit sublimior Ciuili.

ægrè

ægrè ferebat Paulus. Plusculum de rerum secularium inter Christianos iurisdictione solis laicis iuxta Pauli præscriptũ committenda scribit vir diligentissimus atque doctissimus Franciscus [a] Turrianus.

[a] Frãcis. Turr. in librum 8. Cõstitut. Apost. cap. 46.

Iam quod in hoc tertio propositionis nostræ membro addideramus, ad mundi vsque consummationem per Apostolorũ successores Canones & leges Ecclesiasticas partim nouis accessionibus & suppletionibus partim correctionibus necessariò locupletatũ iri, Christianorum nempe negotiis ita postulantibus ac semper postulaturis; id licèt per sese satis intelligat quilibet qui modò norit quid sit regere populum, tamen demus hoc vel stupiditati vel malitiæ tempestatis huius, vt & hoc ex ipso noui Testamẽti libello seu expresso scripturæ sacræ verbo probemus. *Reliqui te Cretæ*, Paulus [b] inquit ad Titum, *vt ea quæ desunt corrigas*; Græcè ἐπιδιορθώσῃς, quasi dixeris *supercorrigas*; quod est suppletionibus & accessionibus nouarum Constitutionum Ecclesiasticarum Canones ipsos à nobis Apostolis acceptos, rebus exigentibus in sua Prouincia, locupletes & adaugeas. verbo ἐπιδιορθῶν quãdam regiminis directionisque superadditionẽ præ se ferente. quod ipsum Tito tributum, cęteris etiam Apostolorũ cæterorum successoribus, ac nominatim D. Petri Pastoris cunctorum Christianorum generalis & vniuersalis & οἰκουμενικῶ

[b] Tit. 1. in prin.

244 Ad mundi vsque consummationẽ legibus Ecclesiasticis opus fore probari locis noui Testamẽti.

ἐπιδιορθῶν.

successoribus tribuitum esse, certo certius est. quis enim nescit, Christum voluisse consultum esse prospectumque Ecclesiæ suæ quamdiu mundus duraret [a]? id quod inter superiora copiosè demõstrauimus.

245 Missionis diuinæ successio perpetua.

Christo sic Apostolos mittente, quemadmodum Pater cœlestis miserat [b] ipsum: Apostolis autẽ deinceps alios atque alios, & his rursus alios, mittentibus, & semper missuris, *ad consummationem Sanctorum*, sicuti Paulus ait [c], *in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi; donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris, veritatem autem faciẽtes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus; ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secũdum operationem in mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Durabit igitur hæc Apostolorum siue Ecclesiæ Præfectorũ successio quamdiu numerus electorum Dei compleatur: quod erit, quando mundus finietur. interim corpus hoc Ecclesiasticũ hoc est Ecclesiam sub capite Christo variis Ecclesię ministris varie fulcientibus; dum alij munus Apostolorum alij Prophetarum seu interpretum alij Euangelistarum alij Pastorum

246 Vocationũ varietas, vno tamen sub capite; sicut in humano corpore.

ſtorum alij Doctorum ſubeunt. quemadmodum in corpore humano alendo nutriendo fouendo conſeruandoque varij nerui proficiſcentes omnes ex vno capite vel cerebro (ſicut arterię ex corde, & venę ex iecore) diſpergunt alimentũ per venas in omnes corporis partes & in extremos etiam partium ſingularum articulos donec tandem totum corpus ſenio deficiat. hac enim comparatione lubenter & quidem ſæpius [a] vtitur D. Paulus ad concordiæ pacis & vnitatis quoque ſtudium relata. Sunt qui putẽt [b] ab Ammiano Marcellino [c] (qui ſub Conſtantio vixit Arriano gentilis tamen ipſe) non alia de cauſa Romã vocari vrbem æternã quàm quòd ex Chriſtianis intellexiſſet portas inferni aduerſus Eccleſiam Romanam non poſſe pręualere, propter Eccleſię Chriſtianę caput ibi conſtitutũ. ſic & Honorius Imperator æternam nominauit vrbem Romã quemadmodũ ſcribit ad Michaëlem Imperatorem Nicolaus PP. [d] primus. Neque defuêre qui torquerẽt eô quoque Iudęorum de Chriſto perdendo deliberantium prophetiam [e], *venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem*; Eccleſia nempe per Chriſtum perſonaliter inter Iudæos crucifixum primordia ſua capiente, ſed per eundem Chriſtum in Petro Romæ crucifixum, penes cathedram Petri ſeu ſedem Apoſtolicam id eſt Romanam perdurante donec mundus conſummetur.

247 Vrbs æterna cur dicta Roma Marcellino & Honorio Imperatori.

a vt hic Epheſ. 4. & 1. Cor 12. & Coloſ. 2. ſub fin.

b Franciſ. Tur. lib. 3. pro Canonib. cap. 4.

c Amm. Marcellin. lib. 15.

d Epiſt. Nic. PP. 1. ad Michael. Imp.

e Ioann. 11.

Cæterum ne quis falsò putet vnà cum
248 schismaticis & hæreticis, id quod hoc lo-
Christ⁹ Ecclesiæ Caput, aliter lõgè quàm Pontifex. co [a] dicit Paulus Ecclesię caput esse Chri- [a] Ephes.
stum, pugnare cum eo quod superiùs atti-
gimus, Petrum à Christo Domino fuisse
cõstitutum pastorẽ totius Ecclesiæ Chri-
stianæ generalem & vniuersalem & œcu-
menicum, seu (quod in idem recidit) Ec-
clesiæ caput atque Principẽ, breuiter hic
scrupulus erit eximendus. ac vt hæc obie-
ctio fiat grauior & scrupulus iustior, ad-
do plausitabundus, Christũ non hic [b] tan- [b] Ephes.
tùm sed & alibi caput Ecclesiæ rectissimè
nominari veréque esse. *Sub pedibus Christi subiecit omnia Deus Pater* (inquit Paulus [c]) [c] Ephes.
& ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius &c. Rursus [d]: *ipse est* [d] Colos.
caput corporis Ecclesiæ qui est principium, primogenitus ex mortuis; vt sit in omnibus ipse primatũ tenens. id quod vnico verbo Grę-
cè per Paulum dicitur πρωτεύων. Christus
item fundamentum Ecclesiæ nominatur
& est. *fundamentum aliud* (inquit [e] idem [e] 1. Cor.
Paulus) *nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Quem
locum Romanus Pontifex exultabundus
ipse profitetur ac ponit fin ipso suarum
Constitutionum quasi corde seu medul-
la; tãtùm abest vt iniurius esse velit Chri-
249 sto Domino. quod hęretici scelerati ssimè
Hæreticorũ calumnia. calumniantur. Christus præterea *lapis angularis* appellatur, *vt in quo totius Ecclesiæ structura constructa seu coagmentata seu con-*

stricta

stricta (Græcè συναρμολογουμένη) *crescit in templum sanctum, in quo & vos* (alloquitur Paulus [a] Ephesios) *coædificamini in habitaculum Dei, in Spiritu sancto.* lapidem hunc angularem ab Isaia [b] propheta præmonstratum, non alium esse quàm Christum latiùs docet ipse D. Petrus [c] Apostolorũ & Ecclesiæ Princeps; quod & alibi [d] facit idem Paulus. Christus denique *petra* nominatur, propter eandem vel fundamenti vel soliditatis qua nititur Ecclesia firmitatem. *Petra*, sicut interpretatur [e] Paulus petrã Israëlitas olim in deserto comitantem, *erat Christus.* Et quis vnquam Christianus vel negauit vel dubitauit, quin soli Christo pro nobis crucifixo debeamus omnem nostri redemptionem? quin solus Christus vim dederit sacramẽtis in Ecclesia relictis? quin solus Christus per Spiritum suum sanctum nos viuificet? quin Ecclesiam diuinitùs regat atque protegat vt auctor & fons & principium ex quo & à quo solo profluit salus? id quod neq; de Apostolis neque de Apostolorũ successoribus vnquam quis dixerit. Attamẽ & Apostoli nihilominus in sacra scriptura nominantur nunc fundamenta nunc Principes, nunc aliis nominibus præeminentiam significantibus & supremã inter Christianos potestatem: sed aliter longè quàm Christus. *Iam non estis hospites*, inquit Paulus [f], *& aduenæ, sed ciues sanctorum & domestici Dei; superædificati super fundamentum*

250 Soli Christo deberi salutẽ nostram.

251 Apostoli quoq; vocantur fundamẽta sed aliter longè quàm CHRISTVS.

[a] Ephes. 2. in fin.
[b] Isa. 28.
[c] 1. Pet. 2.
[d] Rom. 9.
[e] 1. Corint. 10. in princ.
[f] Ephes. 2.

mentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo &c. Superstructi sumus, ait in eũ locũ D. Chrysostomus a, super fundamentum Apostolorum, hoc est, fundamentum sunt Apostoli ac Prophetæ. Clariùs ipse D. Ioãnes in Apocalypsi nominat Apostolos fundamenta muri nouę spiritualisque ciuitatis Hierusalem, quæ est Ecclesia. *murus ciuitatis*, inquit b, *habens fundamenta 12, & in ipsis 12 nomina duodecim Apostolorũ agni.* quô spectat & Regis & Prophetæ Dauidis psalmus ille triumphalis c; *Fundamenta eius in montibus sanctis* &c. vbi & Principes nominantur Apostoli, sicut & alibi pluribus in locis. inter hos Ecclesiæ Principes, *primus* ab Euangelista d nominatur & est D. Petrus; qui & *petra* seu *fundamentum* ab ipso Christo e nũcupatur (Syro nempe idiomate quo Christus in terris vsus est sic sonant verba Christi; *Tu es Cephas vel Kipho & super hoc ipsum Cephas vel Kipho ædificabo Ecclesiã meam*) & quod est omnium efficacissimũ pastor vniuersalis ab ipso Christo cõstituitur f, vt inter homines merus homo, caput; ad vnitatẽ fidei in Ecclesia melius per vnũ quàm per plures retinendã. Sic in familia Caput vocatur g & est vir; in ciuitate Caput vocatur & est vnus aliquis vel plures è Magistratu; in tota aliqua prouincia Caput vocatur & est Præses vel Gubernator; in vniuerso regno Caput vocatur & est Rex; in im-

252 Primus Petrus,

253 Tu es Petrus &c.

254 Capitis variæ sumptiones.

in imperio Caput vocatur & est Imperator; ciuitatis item vbi propria primariaque sedes est imperij, Caput vocatur & est omnium ciuitatum; quo respexit ille qui dixit *Roma Caput mundi*. Capitum nempe sunt in omni gubernatione quasi gradus quidã, & vt aptissimè loquitur Aristoteles [a] ex antiquo prouerbio δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου, seruus præ seruo, Dominus præ Dño. quod & Paulus [b] Apostolus cõprobat hoc dicto; *viri Caput Christus est, Caput autẽ mulieris vir, Caput verò Christi Deus*. Christus etenim, quatenus est homo, Deo Patre minor [c] est. Ecce capita multa. Christus prę omnibus & Caput est & Pastor [d] est & via est & porta est & ianua est: attamen per illũ sunt & Apostoli Capita Principes Pastores gregis Christiani; sunt quadãtenus & via & porta [e] & ianua. D. Paulo audacter [f] dicente, *imitatores mei estote*. nam vt optimè sanctissimèq; scribit D. Augustinus [g], *Apostoli sunt porta, quia per ipsos intramus ad regnum Dei; prædicant enim nobis: & cùm per ipsos intramus, per Christũ intramus*. ita D. Augustinus. neq; tamen quisquã tam fuit impius vnquã ex illis omnibus humanis vel Capitibus vel in suo quisq; genere Principibus, qui nõ agnosceret pro summo Capite Deũ. nã sicut optimè Paulus [h] monet, Christus est Caput omnis Principatus & potestatis. Deus nimirum Caput est vt ac tanquam fons & Auctor & largitor

255 Capitum gradus varij.

a Aristot. lib. 1. polit. cap. 4.

b 1. Corint. 11.

c Ioann. 14.

d Ioann. 10.

e d. Psal. 86.

f Philip. 3. sub fin. et 1. Cor. 4.

g Augustin. in d. Psal. 86.

h Coloss. 2. sub medium.

gitor omnium; quia per ipsum solũ Reges regnant[a] & legumlatores iusta decernunt & per ipsum solum Principes imperant & potentes decernũt iustitiam: quisquis verò sic præfectus est aliis aliquibus, ille Caput vocatur & est subditorum suorum; non quidem subditis hoc dans vt & sint & viuant seu spiritum ducant, sed vt iis tanquam Dei minister[b] administratio- Sap. Rom 1. C nem regimen & curã impertiens. In summa, Christus est Caput Ecclesię suamet & propria virtute déque suo Ecclesiam viuificans eique præsidens ac dominans *vt Rex seculorum immortalis inuisibilis solus Deus*, vt Paulus loquitur[c]: at Petrus vel 1. Ti successor Petri Caput est Ecclesię seu ministratoriũ seu ministeriale, vt ita loquamur, Dei minister supremus in Ecclesiastica politia, sicut Rex vel Imperator in regno vel imperio seu ciuili politia. quẽadmodum per exempla complura satis illustria modò demonstrabatur. Greci breuissimè significantissimèque sic illud eloquũtur; Christus Caput est Ecclesiæ θεαρχικόν, hoc est diuinum & supremum suo numine suaque virtute diuina regens & imperans: Pontifex autem Caput est Ecclesiæ ὑπουργικόν, hoc est subministrũ, subseruiens, subministrãs, inter homines merus homo constitutus à Deo disciplinæ totius Ecclesiasticę seu gubernationis regiminisque spiritualis administer vel administrator & populi Christiani rector & pa-

256 Quale Caput Christus ipse, quale caput Magistratꝰ vel aliter alio maior.

257 Θεαρχικόν Ecclesię caput solus Deꝰ; ὑπουργικόν verò, Pontifex.

& pastor. Oportebat enim vt secundum corporis humani analogiam, cuius comparatione Paulus toties vtitur, in Ecclesia Catholica, quę non nisi vna est, caput etiã aliquod esset in terris vnum, prorsus eiusdem cum cæteris membris & naturæ & speciei & formæ; hoc est vt cõspicuus vel visibilis & mortalis esset homo cõspicuos vel visibiles & mortales inter homines: quemadmodum corporibus nostris non sufficiebat habere Deũ Caput in cœlo, nisi simul haberent & hic in terris Caput partim osseum partim carneum reliquis membris cõformè; neque monstrosum est corpus humanũ quod caput humanum habet, sed monstrosum vel certè mutilum foret si capite humano careret. Ita præter Deum Caput Ecclesia Capite homine opus habet. aut alioquin vnitas in fide núquam retineri posset, sed necessariò sequeretur effrænis quædam licẽtia sentiendi de Religione quidlibet: ad quã quidem licentiam sicut olim contenderunt, ita & hisce tẽporibus summo & extremo conatu cõtendunt hęretici; quẽadmodum naturaliter in omni fit anarchia.

258 Cur Capite fuerit opus terrestri.

259 Anarchia hęreticorũ.

Demonstrauimus igitur hactenus Ecclesiasticæ legislationis & Iurisdictionis antiquitatem, dignitatem, auctoritatem, necessitatem, clarissimis Testamenti noui testimoniis; quibus obiter & Ecclesiastica Hierarchia cũ Ecclesiæ auctoritate supremiq́ue Pontificis primatu, & perpetua guber-

gubernationis Ecclesiasticę successio, stabilitur; quin & ipsum nomẽ Constitutionum, Traditionum, Canonum, Decretorum, comprobatur; & Conciliorum tum vniuersalium tum prouincialium & diœcesanorum seu Episcopalium fontes aperiuntur; & vniuersæ denique legislationis Ecclesiasticæ materia, siue de fide quæratur siue de moribus, panditur. Ex quibus omnibus perspicuũ fit, quàm sint inepti ne dicam plus quàm pueri & infantes, immò veriùs nequissimi calumniatores, qui Pontificia iura fabulantur Ciuilibus inter Christianos esse recentiora.

260 Iura Pontificia ciuilibus antiquiora multò.

Vice coronidis in superiorũ confirmationem lubet adijcere versiculũ duntaxat vnicum Dauidis a, de Constitutionibus Apostolorum & aliorum virorum Apostolicorum vt Ecclesię Christianæ præfectorum & eam variis legibus regentiũ vel in ea per vitæ sanctitatem doctrinæque splendorẽ relucẽtium, vaticinantis; quẽadmodum certè doctissimi piissimique quidam b viri locum illum accipiunt. *Congregate(* Dauid inquit de Angelis, in extremo iudicio mortuos & in his ipsos etiam Apostolos excitaturis,) *illi sanctos eius, qui ordinant testamẽtum eius super sacrificia.* Sic enim vulgata habet versio: D. Cypriano c clariùs ita legente; *Colligite illi iustos eius, eos qui dispenunt testamentum eius in sacrificiis.* Ordinationes enim vel dispositiones vel Constitutiones omnes Apostolicæ vel

261 Versiculus Psalmi de Constitutionibus Apostolicis & Ecclesiasticis admirabiliter illustratus.

262 Ordinatio testamenti super sacrificia.

Psalm.

Fran... riam... pro C... Apol... 27. O... nus ... ord. ... 49.

Cyp. ... de bon... tentia ... et in lib... testimo... aduersu... dæus. ...

cæ vel Eccleſiaſticæ vel Pontificiæ potiſſimùm referuntur ad id quod eſt in Teſtamento nouo hoc eſt in Eccleſia Chriſtiana ſummum & maximum, ad ſacrificium videlicet incruentum tremendaque myſteria per quæ Chriſto Domino coniungamur etiam nunc in terris eique per participationem ſuimetipſius non animo tantùm ſed & corpore prorſus vniamur & vt ita loquar incorporemur, quaſi pro quadam regni cœleſtis teſſera certiſſimoque futuræ tum reſurrectionis tũ gloriæ cœleſtis pignore. finis etenim iuris vniuerſi Põtificij, ſicuti capite primo pleniùs oſtenſum fuit, ſalus eſt animarum; quarũ cibus, nutrimentum & vita, participatio Chriſti eſt. hæc verſiculi illius Dauidici interpretatio fortaſſis tantò poterit videri plauſibilior, quantò certius eſt illic verbum διαλίθεσθαι idẽ ſignificare quod διαθήκην quod eſt cõſtituere vel iura condere. Græcus enim ſeptuaginta interpretum Codex habet ita; συνάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ τοὺς διαλιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις. Quanquam D. Hieronymus[a] ipſas Dauidis voces Hæbraicas has אספו־לי חסידי כרתי ברית עלי־זבח ad verbũ ſic reddidit; *Congregate mihi Sanctos meos qui feriunt pactum meũ in ſacrificio.* Xantes Paguinus hoc modo; *Congregate mihi Sanctos meos qui pepigerunt pactum meum ſuper ſacrificiũ.* Felix Pratenſis paulò aliter; *Congregate mihi Sanctos meos percutientes fœdus meum*

263 Sacrificiũ incruẽtum præcipuus omniũ legum Eccleſiaſticarum ſcopus.

[a] Hier. in verſ. bliorum.

meum super sacrificium. sanè paraphrastes Chaldaïcus Onkelus ad legumlationem id videtur apertiùs referre,dum in hãc ex Ariæ Montani editione loquitur sententiam;*Congregate mihi Sanctos meos qui pepigerunt pactum,& firmauerunt legem,& operam nauauerunt orationi quæ similis est oblationibus.* At, vtvt versiculus ille sumatur, satis est & abundè satis ex ipsius noui Testamenti testimoniis ostẽsum, legislationem in Ecclesia Christiana perpetuò duraturam ; quamdiu scilicet ipsa durabit Ecclesia.

CAPVT QVARTVM

Diuo Petro Apostolo Pontifici Romanorum primo successisse cæteros deinceps Pontifices Romanos in iurisdictionis & potestatis Ecclesiasticæ Principatum. Ecclesiam Romanam à veteribus rectè dici Matrẽ & Magistram & Caput & Cardinem omnium Ecclesiarum. de Græcorum recentiorum schismate suum Patriarcham volentium nominari Oecumenicum. de Phocæ Imperatoris constitutione hûc pertinente. Pontificem Romanum vniuersalem esse pastorem , nèque tamen promiscuè vocari vel Patriarcham vel Episcopum vniuersalem,& quare. Pontifex quomodo sit Ordinarius omnium. Sententia c. primæ sedis. cum duobus capp. seqq. dist. 99.

PRimatum Petri successorumque Petri Romanorum Pontificũ possemus videri

deri satis copiosè probasse: sed quia cacodæmon per schismaticos & hęreticos nihil non agit atque molitur vt hoc nobis fundamentum soliditatis & vnitatis tollat ac subruat, & Ecclesiasticam Hierarchiam funditus euertat, Pontifices Romanos Petro successisse vel Petrũ Romæ vnquam fuisse non minus ridiculè quàm nequiter inficiatus, vt mẽdaciorum pater & inuentor quantumlibet crassissimorũ, non abs re fuerit si de Romanis præsertim Pontificibus verissimè Petri successoribus, vt iuris huius nostri Pontificij post Apostolos & Apostolorum Principẽ Petrum conditoribus, plusculum proferamus: cætera deinceps quæ vel sequuntur & colligũtur ex prędcedentis capitis disputatione vel contra nonnullas adhuc illius clausulas obijci possent ab imperitioribus, breuiter prosequuturi. Non errare tantùm, non hallucinari, non decipi, sed insanire sed furere sed phreneticos esse dixeris istos qui contra omnem totius antiquitatis non Ecclesiasticæ solùm, sed & profanæ memoriam, contra scriptorum omnium & Græcorum & Latinorum & Barbarorum testimonia, contra vnanimẽ omnium à tempore Christi seculorũ traditionem, contra gregis vniuersi Christiani professionem, contra constantissimam orbis terrarum consensionem, de Petri Romæ Christum annunciantis conuersatione déque eiusdem sub Imperatore Ne-

264 Crassissimũ cacodæmonis mẽdacium de S. Petro, quasi qui nunquam fuerit Romæ.

rone extremo tandem supplicio affecti morte atque de successore per eundem relicto vel tantillum dubitauerint. reliquis omnibus per vniuersum orbem terrarum Ecclesiis Cathedralibus, ac nō solùm patriarchalibus, primos Apostolos & Episcopos suos eorumque successores ad vnguem tenentibus atque per catalogos demonstrantibus. quis enim vnquam adeo fuit vel amens vel impudēs, modò vel micam salis haberet, vt id quod orbis vniuersus nouit esse factum (*fuit enim tantus in condemnatione supplicioq; Petri concursus populi Romæ ex vniuerso orbe terrarū degentis*, quemadmodum scribit antiquissimus auctor Abdias [a] Babylonius Episcopus ipsorū Apostolorum discipulus, *vt plateæ non caperēt homines vtriusque tum sexus tum ætatis*, vt interpres Abdiæ Iulius Africanus loquitur) id factū esse negaret? innumerabiles omnium seculorum producūtur iidemque sanctissimi religiosissimiq; testes ab illis qui libros de Hierarchia cōscripserunt ingentes [b]; nos hoc loco pauculis aliquot antiquioribus poterimus esse contenti, ne quod est in prouerbio lucernas incendamus in sole meridiano. Babylonius ille quē dixi non solùm res Petri Romę gestas latissimè prosequitur, verumetiam quibusnam verbis Clemētem sibi constituerit successorem fideliter exponit [c]. Eadem narrat is ipse Clemens [d] in suis Epistolis. quin & ipse D. Petrus in vr-

265 Singulę sedes norunt suos Apostolos eorumq; successores, & Romana nesciet?

266 Populi cōcursus ad supplicium D. Petri teste Babylonio.

267 Auctores historiæ D. Petri præstantes aliquot.

be Ro-

be Roma significat sese scripsisse suam priorem epistolam, dum sub nomine Babylonis Romã designat [a] propter & vrbis insigne decus & idololatrię confusionem & Christianorũ persecutionem. quę totius antiquitatis Ecclesiasticę sententia & interpretatio est; Tertulliano [b], Eusebio [c], Sophronio [d] quẽ D. vertit Hieronymus, Oecumenio [e], cæteris q; probata. Græcorũ scholiis in Testamẽtum nouum simpliciter illic [f] adnotãtibus, Romam à Petro Babylonẽ vocari eo quòd insignis & pręclara ciuitas esset. Origenes [g] in Genesin Petrũ Romæ & cõmoratum fuisse postquã in Ponto, Galatia, Bithynia, Cappadocia, euãgelium sparsisset, & ibidẽ vestigiis inversis in crucem actũ fuisse memorat. Ireneus [h] auditor Polycarpi qui Ioãnis Euãgelistę discipulus fuit, copiosè Petri in annũciando Romanis Euãgelio diligentiam declarat & Petri successores omnes ad ætatem vsq; suam recensет. *hac*, tandẽ subinferens, *ordinatione & successione ea quæ est ab Apostolis traditio in Ecclesia, & veritatis præconisatio, peruenit vsq; ad nos: & est plenissima hæc ostẽsio, vnam & eandẽ nunc vinificatricẽ fidẽ esse in Ecclesiis quæ ab Apostolis fuit tradita, conseruatamq; in veritate.* Hegesippũ [i] prętereo, sermone lõgo recitantẽ quomodo mortẽ crucis Romę subierit Petrus. Eusebius [k] Ecclesiasticæ historiæ scriptor diligentissimus Petrũ Romæ Simonis Magi testatur impostoris di-

268 Romã cur D. Petrus appellauerit Babylonem.

[a] 1. Petri vlt. in fin.

[b] Tertull. aduers. Iudæos & aduers. Marcionem lib. 3.

[c] Euseb. Eccles. hist. lib. 2. cap. 14.

[d] Sophr. in libello de Euã gelistarũ vita, in Marco Euangelista.

[e] Oecum. in epist. Petri prior.

[f] Tit. vlt. Petri.

[g] Origen. lib. 3. in Genesin.

[h] Iren. lib. 3. aduersus hæreticos.

[i] Hegesip. lib. 5. excidij Hierosolymitani.

[k] Euseb. Eccles. hist. lib. 2. c. 13.

ligentissimè fortissimeque restitisse, totique Occidenti lumen Euangelij intulisse. Narrat is [a] idem Petrum vnà cum Paulo Romæ Neroniana persecutione martyrio vitam finiuisse, scriptoribus atq; monumentis antiquorũ simul allatis in eius rei confirmationem: successoribus item Petri Romanis Pontificibus passim [b] cõmemoratis ad successionis in Ecclesia perpetuæ declarationem. Scribit Eusebius idem suis in Chronicis [c] in hanc sententiam; *Petrus Apostolus natione Galilæus, Christianorum Pontifex primus, cùm primùm Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur; vbi euangelium prædicans, viginti quinque annis eiusdem vrbis Episcopus perseuerat.* Et paulò post [d]: *Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionẽ in Christianos facit, in qua Petrus & Paulus gloriosè Romæ occubuerunt.* Et ibidem non post ita multa subiungit Eusebius [e]; *post Petrum primus Romanam Ecclesiam tenuit Linus annis vndecim.* Conformia tradũt omnes [f] in vniuersum quotquot vnquam à Christi tempore fuerũt Chronographi tum Græci tum Latini, ne vel Carione quidem quantumlibet homine suspectiore excepto, præter vnum Functiũ vel Fungum veriùs quendam Velani & Seb. Franci [g] nugis motum. Dorothæus [h] antiquior Eusebio de Petro sic ait; *primus est Simon Petrus Apostolorum Coriphæus: hic vt epistolis [i] suis innuere videtur euangelium*

a *Euseb. lib. 2. Eccles. hist. c. 24.*

b *Euseb. Eccles. hist. lib. 3. c. 4. & alibi passim.*

c *Eusebius in Chronicis ad annum Domini 44.*

d *Euseb. ibidẽ ad annum Christi 70.*

269 Auctores primi cacodęmonicæ vanitatis Petrum Romę fuisse negantis.

lium Domini nostri in Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, & tandem Romæ prædicauit, vbi postea sub Nerone Rege capite ad terram verso (nam ad hunc modum ipse pati volebat) tertio Calendas Julij crucifixus ibiq; sepultus est. D. Athanasius [a] de Petro sic habet; *Petrus & Paulus cùm audissent oportere se Romæ martyrium subire, cum gàudio abierunt.* D. Epiphanius [b] à Petro exorsus Pontificum primorum Romanorum catalogum quoque recenset, additis his tandẽ verbis interprete Cornario; *Ne quis*, inquit, *miretur quòd singula ita exactè recensemus: per hæc enim semper claritas ostẽditur.* D. Chrysostomum [c] eloquẽter audi perorantem. *Non ita cœlum splendescit*, inquit, *quando radios suos sol ex sese dimittit quemadmodũ Romanorum vrbs vbique terrarum duas lampades effundens. hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Considerate & horrete quale spectaculum visura sit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum Domini sursum ferri* &c. Paucu-los nunc Latinos etiam scriptores audiamus. Tertullianus [d] igitur sic habet: *si Italiæ adiaces, habes Romam vnde nobis quoque auctoritas præstò est. felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt. vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur.* Rursus [e]; *Cupio ostendant mihi ex qua auctoritate prodierint: edant origines Ecclesiarum suarum; euoluant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio de-*

a Athanas. in Apologia de fuga sua.

b Epiphan. in hæresi 27.

c Chrys. Hom. 32 in epist. Pauli ad Roman.

d Tertull. in libell. de præscrip. aduers. hæret.

e ibidẽ de præscript. cont. hæret.

270 Successiones in Ecclesias inspiciendæ.

currentem vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris (qui tamen cum Apostolis perseuerauerit) habuerit auctorem & antecessorem. hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferũt; sicut Smyrneorum Ecclesia Polycarpum à Ioanne collocatum refert; sicut Romanorum, Clementem à Petro ordinatum edit &c. (confingant aliquid tale hæretici. sic ille. D. Cyprianus [a], contra sui temporis hæreticos inter cætera verbis vtitur hisce; *Post ista adhuc insuper Pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto nauigare audent, & ad Petri cathedram atque ad Ecclesiam Principalem vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis literas ferre, nec cogitare, eos esse Romanos, quorum fides Apostolo prædicante [b] laudata est; ad quos perfidia habere nõ possit accessum.* Rursus alibi [c], successionem Pontificum Romanorum in cathedram Petri pro certissima & infallibili ponit Ecclesiæ Catholicæ nota. quo fit vt & Ecclesiam Romanam vocet [d] *Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem.* Solos adhuc addamus Optatum & D. Hieronymum & D. Augustinum, ne vel Romanis vel Italis vel Hispanis vel Gallis vel vllis horum vicinis testibus hic vtamur, sed solis vel Asianis vel Græcis vel Illyricis vel Aphricanis. Optati [e] contra Parmenianum Donatistã verba sunt hæc: *Ignorantia tibi ascribi non potest, sciẽti in vrbe Roma Petro primo cathedram Episcopalẽ esse collatam, in qua sederit omnium*

[a] Cyp. ad C. Papi. tuae luci ius a. Lege tuae char. lib. 1.

[b] Rom.

[c] Cyp. epist.

[d] Cyp. epist.

[e] Opta. cot. nom. prim.

omnium Apostolorum caput Petrus; inde Cephas appellatus est, in quo vno cathedræ vnitas ab omnibus seruaretur. mox deinceps recensens catalogum omnium Romanorũ Pontificum à Primo Petro vsque ad Damasiũ & Syricium quorum tempore vixit ipse, tandem subiungit; *Vestra cathedræ vos originem reddite qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare.* D. Hieronymus [a] contra Luciferianos ita scribit; *Conatus est beatus Cyprianus contritos lacus fugere; nec bibere de aqua aliena. Et idcirco hæreticorum baptisma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ vrbis Episcopum, qui à beato Petro* XXVI *fuit, super hac re Africanam synodum indixit: sed conatus eius frustra fuit.* De ipso autem D. Petro sic idẽ D. Hieronymus [b] habet in Ecclesiasticorum scriptorũ vita. *Simon Petrus filius Ioãnis, prouinciæ Galileæ, vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, & Princeps Apostolorum; post episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, prædicationem dispersionis eorũ qui de circunciſione crediderãt, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia. secũdo Claudij anno, ad expugnandum Simonem Magũ, Romã pergit, ibiq; vigintiquinq; annis cathedrã sacerdotalem tenuit, vsq; ad vltimũ annũ Neronis, id est, decimũquartum; à quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terrã verso, & in sublime pedibus eleuatis; asserens se indignum, vt sic crucifigeretur, vt Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ Catholicæ nominãtur, quarum secunda à plerisq;*

271 Crucifixio Petri.

[a] Hieronym. in dial. aduersus Luciferianos.

[b] Hier. in Catalogo script. Eccleſiaſt.

eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus actorũ eius inscribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viã triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

D. Augustinus cùm alibi passim tum præcipuè aduersus Petilianum, & contra epistolam Manichæi, & contra Donatum; *Si omnes*, inquit [a], *per tòtum orbem tales essent Episcopi quales tu vanissime criminaris, quid tibi fecit Romanæ Ecclesiæ cathedra in qua Petrus sedit & in qua Anastasius sedet?* Rursus; *multa sunt*, inquit [b], *alia quæ in Ecclesiæ gremio me iustissimè teneant: tenet consensio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; tenet ab ipsa sede Apostoli Petri (cui pascendas oues suas post resurrectionem suam Dominus commẽdauit [c]) vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum; tenet postremò ipsum Catholicæ nomen* &c. Iterum; *Numerate sacerdotes*, inquit [d], *vel ab ipsa sede Petri, & in ordine illo patrum quis cui successerit videte: ipsa est petra quam non vincent superbæ inferorũ portæ.*

a *August. aduers. Petilian.*

b *August. cont. epist. Manichæi cap. 4.*

c *Ioann. vlt.*

272 Plurimorũ testium omissio vt in re minimè necessaria.

Pontifices omnes Romanos, vt & Lactantium [e], Ambrosium [f], Orosium [g], Prudentium [h], Lirinensem [i], Prosperum [k], Aratorem [l], Iornandem [m], Gregorium Turonensem,

nensem [a], atque alios omnes ætate posteriores consultò prætermittimus, ne testimoniis minimè necessariis lectorem fatigemus. quamobrem neque Conciliorum antiquissimorũ testimonia hûc pertinentia proferimus. Illud certè quod iuris est Ciuilis hic reticendum non est. Imperatores itaque Gratianus, Valentinianus & Theodosius ita constituêre [b]: *Cunctos populos quos Clementiæ nostræ regit imperium in tali volumus Religione versari quam Diuum Petrum Apostolum tradidisse Romanis Religio vsq; adhuc ab ipso insinuata declarat; quamq; Pontificem Damasium sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum virum Apostolicæ sanctitatis.* Iustinianus item noster tum in suo Codice [c] tum in Nouellis [d] quæ dicuntur Constitutionibus hæc eadem sapienter agnoscit, ac Pontificem Romanum vt Petri successorẽ ab omnibus per totum suum imperiũ Christianis pro Capite vult agnosci secundum quattuor primarum Synodorum generalium definitiones, Christi promisso [e] decretoque [f] conformiter. Facere nequeo quin post Græcos & Latinos & Barbaros, post historicos & Ecclesiasticos & profanos, post sacræ Theologiæ magistros & legũlatores, post omne denique scriptorũ genus, mulierculas etiam præfractis demus hominibus præceptrices; si forsè suauissimis atque dulcissimis illarum queant vocibus emolliri. sed quid opus est præceptrici-

273 Iuris Ciuilis hac in re testimonia.

274 Mulierculas etiam præceptrices esse posse quoad hanc rẽ; Petrum videlicet Romę passum.

[a] Greg. Turon. lib. 1. c. 25.

[b] l. 1. C. de sum. Trinit. et fid. Cath.

[c] vlt. C. de sum. Trin. & fid. Cath.

[d] Nouell. 40. vt Ecclesia Rom. centum ann. gaud. præscrip. & Nouell. 131. de Ecclesiast. tit. & priuil. aliúq; capitulis.

[e] Matth. 16.

[f] Ioann. 21.

ptricibus multis? vna pro omnibus abũdè ſuffecerit Elpis; quam ſilentio abs me præteriri nomen ipſum Boëtij clariſſimi piiſſimiq́ue viri cognominis mei, cuius illa fuit vxor ſanctiſſima, nõ patitur. In hodiernum vſque diem decãtat Eccleſia mater huius optimæ matronę carmen D. Petro Diuoq́; Paulo natalitium, in quo ſunt hi inter cætera verſiculi numine pleni.

Ianitor cœli, doctor orbis pariter,
Iudices ſecli, vera mundi lumina,
Per crucem alter, alter enſe triumphans
Vitæ Senatum laureati poſident.

O Felix Roma quæ tantorum Principum
Es purpurata pretioſo ſanguine:
Non laude tua, ſed ipſorum meritis
Excellis omnem mundi pulchritudinem.

275 Balſamonis eadẽ de re teſtimonium.

Choream claudat Balſamõ Antiochenus (vt Iuriſcõſultus Eccleſiaſticus in Iuriſconſultum deſinat Eccleſiaſticum) qui apud Photium tit. 8. Nomocanonis Diuorum Petri ac Pauli martyrium fideliter ex Edicto Conſtantini Magni recitat. Ex his tãdem clariſſimum euaſit, quàm ſit verum id quod ex D. Anacleto [a] pluribusq́; ſuperiori tangebamus capite, Petro ſucceſſiſſe Romanos Põtifices in iuriſdictionis & poteſtatis Eccleſiaſticæ principatũ.

276 Romanos Pontifices eſſe veros Petri ſucceſſores.

Contra quæ quidquid ab aduerſariis Eccleſiæ poterit obijci, diligẽter & accuratè partim à ſcriptoribus Hierarchicis [b] partim à doctiſſimo viro Melchiore [c] Cano refellitur. Ex his iiſdem liquet quàm iuſtè non-

277 Ecclesia Romana Mater ac Magistra omniū Ecclesiarū iā inde à priscis tēporibus iustissimè nominata.

nonnulli Romanorum Pontifices antiquiores viri sanctissimi, Romanam Ecclesiam nominauerint nunc Matrem nunc Magistram nunc simul Matrem & Magistram omnium aliarum Ecclesiarum; vt D. Calixtus [a], qui sub annum Christi 220 præfuit Ecclesiæ; vt D. Felix [b] primus, qui sub annū Christi 270 vixit; vt Nicolaus [c] primus, vt Innocentius [d] tertius & alij deinceps nostris in libris [e] & in Concilio [f] Tridētino passim. quinimmo iam diu antè, sub annū nempe Christi 100 & quod excurrit, quàm rectè & quàm cōformiter tum scripturæ sacræ tum vniuersæ antiquitati Ecclesiasticæ D. Anacletus Ecclesiam Romanam nominauerit [g] Caput & Cardinem; *quia sicut Cardine ostiū, sic huius Apostolicæ sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ Domino disponente regūtur*, vt ipsemet sanctissimè loquitur. Ex iisdē patet quàm cœcū fuerit Græcorum plerorumq; posteriorum schisma temporibus Heraclij Imperatoris exortum sub annum Christi 600, non Romanū Pontificem sed Constantinopolitanū Patriarcham pro pastore vniuersali seu vt ipsi loquūtur œcumenico (propter imperij sedem illūc olim translatam) ridiculè reputantium. Cuius quidem schismatis vestigia non in ipsorū tantùm libris [h] Pontificiis quos Theodorus Balsamō cōmentariis illustrauit sed & in libris hisce iuris Pontificij nostris [i] impressa remanserunt: illic, ad implicandos, hic

278 Itē Caput & Cardo.

279 Cœcū schisma Græcorū, Patriarcham Cōstātinopolitanū appellantiū œcumenicū.

280 Balsamon schismatic⁹

a Calixt. in epist. 1. vol. Cōcil. 1. c. non dett. dist. 12.

b Felix 1. in epist. 3. ad Begn. episc. vol. 1. Cōcil.

c Nicol. 1. in epist. ad Michaelē Imp.

d cap vlt. ī. de sum. Trin. & fid. Cath.

e c. vlt. ī. de foro compet.

f Sess. 7. de baptis. c. 3. sess. 14. de ministro sacramēti extremæ vnct. sub fin. sess. 22. de sacrif. misse c. 8. sess. 25. de delectu cib.

g d. c. sacrosancta Romana sub fi. dist. 22

h Theod. Balsa. in præfat. in titulos Photij cæterosq; iuris Pōtificij Ecclesiæ Græcæ tractatus.

i c. de Siracusanæ. dist. 28. c. quoniam in Romani. c. seq. dist. 31. c. quod ad translationē. de temp. ord. cap. ex parte. vlt. de transact, c. cùm olim. de Cler. cōiug. c. licèt Græcos. vlt. de baptis. & eius effect & alibi sæpius.

281 Phocas Imperator alioqui malus, tã cœci schismatis osor.

hic ad liberandos homines errore. quem tamen errorem ne vel Phocas quidem tulit Imperator Constãtinopolitanus Heraclij successor, quantumlibet immanissimus tyrannus; qui teste Paulo a Diacono, contra Patriarcharum Constantinopolitanorum insolentiam sese superbè œcumenicos nominantiũ, statuit (à Bonifacio 3 Romano Põtifice rogatus) vt sedes Ecclesiæ Romanę Caput esset omnium Ecclesiarum; quemadmodum nempe fuerat à Christo Domino per D. Petrum ab initio constituta & ab omnibus Christianis constantissimè semper habita. neque tamen propterea Pontifex Romanus promiscuè nominatur vel Episcopus generalis aut vniuersalis aut œcumenicus, vel Patriarcha generalis aut vniuersalis aut œcumenicus b, vel Papa generalis aut vniuersalis aut œcumenicus; at, præter & vltra hoc quòd sit Episcopus Romanus, etiam vocatur & est Caput omniũ Christianorum; vocatur & est Pastor vniuersalis omnium Christianorũ; vocatur & est Rector vniuersalis omniũ Christianorum; solus inter homines vocatur & est summus ipse sacerdos; solus inter homines vocatur & est sacerdotum Princeps. Planè respectu potestatis & iurisdictionis vniuersalis & œcumenicæ, non male dicitur etiam Ordinarius c omnium: Ordinarius inquã iudex, & Ordinarius absolutè, hoc est citra adiunctionem nominis vel Patriar-

282 Phocæ decretum iuri diuino cõformiter factũ, & minimè nouè.

283 Pontifex Romanus quomodo sit appellãdus verè quòd et est; Gregis nẽpe Dominici pastor vniuersalis. &c.

284 Põtifex Ordinarius omnium, & quomodo.

Patriarchalis vel Episcopalis vel sacerdotalis. Cuique enim sacerdoti, cuique Episcopo, cuique Archiepiscopo, cuique Primati, cuique Patriarchę, suus est relinquēdus titulus honoris; & quoad muneris Episcopalis functionem, Pontifex non magis est Episcopus quàm quilibet Episcopus alius; vocabulo Papæ cæteris item Episcopis competēre: Nec vllo modo vult Pontifex alienos Episcopatus inuadere, quasi solus ipse vel Episcopus esset vel Patriarcha vel Papa, cæteri verò Episcopi nihil essent. quô spectāt Pelagij [a] Gregoriique [b] Magni qui Pelagio mox in Pōtificatum successit (quorum tempore Græcorum illud schisma nascebatur) dicta, verbis Concilij tertij Carthaginiēsis [c] per Gratianum incontinenti subiecta. nam alioqui remota vocabuli vel captione vel inuidia, atq; cessantibus offensionum seu scandali periculis, nihil vetaret quo minus Pontifex Romanus diceretur Episcopus vniuersalis, hoc est, præter alios omnes Episcopos locorum singulorū proprios, omnium Christianorum Episcopus generalis. ita nimirū vocatus fuit Leo primus Pontifex Romanus in Concilio Chalcedonēsi teste hoc eodem Gregorio Magno suis in epistolis [d], vbi copiosè de schismate isto nouo Græcorū agit. Certè Gregorius ipse satis apertè semetipsum fuit interpretatus alibi [e], dum sic eadem de re scribit; *Cùm culpa non exigit, omnes secundum*

285 Sententia vera capituli primæ sedis, dist. 99.

286 Pōtifex nō male dici potest Episcopus vniuersalis; & quomodo.

a *cap penult. d. 99.*

b *vlt. dist. 99.*

c *c. prima se. dist. 99.*

d *lib. 4. epist. 32. & 36. et 38.*

e *lib. 7. epist. 69.*

cundum rationem humilitatis æquales sunt. quasi dicat, secundum rationem potestatis & Iurisdictionis æquales minimè sunt. verèque dici potest Pelagium & Gregorium à titulis licitis abstinuisse ne cæteri Patriarchæ titulos illicitos vsurparent.

287 Capitulum primæ sedis quò pertineat.

Quod autem in illo Carthaginiensi Concilio tertio [a] decretum fuit vt primæ sedis Episcopus non diceretur vel Princeps sacerdotum vel summus sacerdos, vel aliquid huiusmodi, illud non ad Romanum pertinet Pontificem (fuit enim Prouinciale [b] duntaxat Concilium hoc, non vniuersale vel œcumenicum, tempore Syricij Papæ celebratum post annum Christi 400) sed ad solos Episcopos Africanos [c], quorum nemo summus erat sacerdos & Princeps aliorum sacerdotum quantumlibet primam Ecclesiæ Africanæ sedē obtineret: quia solus Pontifex Romanus talis & est & pro tali semper ab omnibus est habendus. id quod illi sanctissimi Patres Africani spectabant; ne scilicet insoleſceret ipsorum Primas, quemadmodum seculis insequentibus insoleſcebant Patriarchæ Constantinopolitani. Cæterum quod ibidem [d] subijcitur de Romano etiam Pontifice non appellando vniuersali seu Patriarcha seu Episcopo, non illius est Concilij, sicut intuentibus patet [e], sed Gratiani, ad sequentia duo capitula transeuntis; ne quis fortè falsò putet Episcopos Africanos, id quod ad se non perti-

288 Finem cap. primæ sedis nō Patrum esse Africanorum sed Gratiani transeuntis ad sequentia.

pertinebat, auctoritatem Romani Pontificis imminuere vel voluisse vel potuisse; cùm contrà voluerint vt solus Pont. Romanus Princeps aliorum sacerdotum nominaretur. Quæ singulariter notanda sunt, vt eruditorum vulgò non satis intellecta, sed ab imperitis atque nominatim à rebellibus in erroris atque schismatis ansam pertracta.

Si quæ sunt alia quæ contra nonnullas fortè superioris Capitis tertij clausulas adhuc obijci possent, loco suo commodiùs explicabuntur; vt inter cætera de litibus merè Ciuilibus atque temporalibus Christianorum per Christianos Laicos dirimendis, & an vel Pontifici vel viris vllis Ecclesiasticis iurisdictio competat huiusmodi, dicetur oportuniùs ad libri Decretalium tertij titulum postremum [a].

[a] to, ne Cle- vel Mo- ris secul. se immis- e simul estiones ras V. de isdictione clesiasti- rum tem- ali.

DE

DE IVRE SACRO
LIBER SECVNDVS,

Qui continet Historiam simul & Artem iuris Pont. vnà cum variis Auctorum, ex quibus omnia & singula tum iuris huius tum Conciliorum volumina fuêre deprõpta, Catalogis, temporum simul ratione nostri nunc itẽ auctoribus adiecta.

CAPVT PRIMVM
Historia ivris Pontificii.

1 Traditiones atque cõstitutiones illę quarum sacra meminit scriptura, quęnã sint.

AVebit, nisi fallor, quilibet huius iuris Ecclesiastici seu Pontificij studiosus cognoscere, quænam tandem vel qualésnam fuerint illæ de quibus primo libro diximus tum παραδόσεις. i. Traditiones, tum διαταξεις. i. Constitutiones Apostolicæ quarum D. Paulus a Apostolus & D. Lucas b Euangelista meminerunt; ad Ecclesiam Christianam regendam pertinentes, & solis Episcopis per Apostolos tradi per Episcopos autem deinceps aliis inferioribus Ecclesię ministris hominibus fidelibus & ad cæteros religionem Christianam docendos idoneis cõmunicari solitæ, quemadmodum ex ipsius D. Pauli c verbis non obscurè liquet, clariùs per Melchiorem d Canum cęterosque nostros illustratis. Actestatur vniuersa nobis antiquitas Ecclesiastica, Traditiones illas atque Constitutiones illas nihil aliud fuisse quàm partim Canones illos Apostolorum quibus hodierno adhuc die Catholica vtitur ac regitur

2 Canones Apostolorum.

a 2. Tim. 1. Cor. 4.

b Act. 16.

c 1. Tim. 2. Tit.

d Melch. Lib. 3. Theorum.

gitur semperque vsa ac recta gubernataq; fuit Ecclesia, partim Constitutiones Apostolorum pleniores quas in libros octo redegit D. Clemens Romanus Apostolorum discipulus atque D. Petri comes assiduus tandemque successor. vt ita iam inde à temporibus Apostolorum duo fuerint genera librorum de legibus Ecclesiasticis conscriptorum; vnum quod nudos cõplecteretur Canones tanquam sanctiones quasdam breuissimas, alterum quod plenam de sacramentis & mysteriis & ceremoniis ac ritibus omnibus Christianis déque tota disciplina Ecclesiastica traditionem, præceptionem, & explicationem contineret. quod quidẽ vtrumque librorum genus paulatim creuit, crescente nimirum (sicuti fit) per temporũ successiones omni legislatione. quibusdã scriptoribus nudos tantùm Canones atque decreta tum Apostolorum tum Conciliorũ pòst insecutorum conscribẽtibus, & nonnullas veterum quorundam Patrum sanctissimorum sententias ad Ecclesiæ gubernationem plurimum facientes vnà superadijcientibus: quali ferè scribendi genere contenti fuisse videntur Græci, quorum ius Pontificium scholiis Theodori Balsamonis illustratũ nunc habemus. Hic sub Imperatore Constantinopolitano Emanuele[a] Commeno vixit anno Christi 1160. cùm iam diu ante ipsum sacros Canones huiusmodi suis exornassent scho-

3 Cõstitutiones Apostolorũ per Clemẽtem editæ.

4 Duo genera librorũ iuris Pontificij iam inde ab Apostolicis tẽporibus.

5 Crescẽte legislatione necessariò crescunt librorũ volumina.

6 Primũ genus scriptorum iuris Pontificij.

7 Græcorum ius Pontificium.

8 Balsamonis ætas.

a de præfationem Balsamonis in ius Pontificiũ Græcorum.

9 Interpretes Canonum Græci, priores interpretibus iuris Ciuilis.

liis Constantinus Scholasticus, qui sub Iustiniano nostro floruit, & Photius Constantinopolitanus, & Constantinus Harmenopulus, & Matthæus monachus, & Zonaras; omnes interpretibus legum Ciuilium nostris antiquiores. Photius ipse

10 Ætas Photij.

collector iuris illius Ecclesiastici Græcorum vixit sub annum Christi 870. contra quem celebrata fuit octaua Synodus temporibus Hadriani PP. 2. vel ipso teste Theodoro Balsamone[a]. Quibusdam verò iuris huius Ecclesiastici scriptoribus

11 Alterũ genus scriptorum iuris Pontificij.

res etiam in Ecclesia contra schismaticos & hæreticos pro fidei Catholicæ defensione gestas, & integras Apostolorũ Pontificumque Romanorum constitutiones & Epistolas Patrumque in Conciliis congregatorum definitiones atq; regulas in volumina sua redigentibus. quo in genere post Clementem illum quem dixi Romanum diligẽtissimus fuit ex variis aliorum (ac inter hos Martini Papę hoc est Episcopi Braccarensis tunc florentis) Collectaneis iam paratis Isidorus Hispalensis sub annũ 600. quem deinde secuti fuêre, sed parciùs atq; truncatiùs paulò propter & Conciliorum præcipuè vastitatem & epistolarum Decretalium longitudinem, Burchardus Wormatiensis[b] anno Christi circitèr millesimo, Iuo Carnutẽsis, anno Christi circitèr 1100, Gratianus denique noster mox anno Christi circitèr 1150; quin & ante Gratianum, quidam Deus-

12 Clemens Romanus.

13 Isidorus Hispalensis & Martinus Braccarẽsis

14 Burchard⁹ V Wormatiensis,

15 Iuo Carnutensis.

16 Gratianus.

dedit

[a] Balsamon Præfat. Synod. 8 disc. 63. ante. sub fin.

[b] Vide Andr. ad ipsius fat. De chron. aliũ Greg. noni.

dedit Cardinalis, & Anſelmus Lucenſis, & Gregorius cognomine Polycarpus, & Hugo Catalanenſis [a], & Fulgentius [b] Archidiaconus Carthaginienſis: qui ſimul omnes de ſuo quoque nõnihil interpretationis atque lucis addiderunt iuri quod colligebant inſertis ſparſim notulis nonnullis. Poſt editionem Decreti Gratianei, cùm potiſſimùm temporibus Alexandri tertij, qui ſub annum Chriſti 1160 Pontificatum geſſit vſque ad annũ Chriſti 1180 & ampliùs, plurimæ fuiſſent exortę Conſtitutiones nouæ, præſertim per Lateranenſis Concilij ſub hoc Alexandro celebrationẽ, cumque Gratianus multa quoque deprehenderetur præteriiſſe tum ex Cõciliorum veterum Canonibus tum ex Pontificum antiquorũ Decretalibus quæ vocantur epiſtolis, quibus tamẽ Eccleſiaſtica legiſlatio videbatur nõ omnino poſſe carere, quidã Bernardus tunc temporis Præpoſitus Papienſis ac poſtea factus Fauentinus Epiſcopus aliud congeſſit vel vt noſtrorũ verbo vtar compilauit volumẽ, quòd ſub titulo ſeu nomine *compilationis* Decretalium epiſtolarum fuit editum, peculiaribus & libris & librorum ſingulorũ titulis non ineptiſſimè diſtinctum. quod quidem volumẽ licèt auctoritate priuata conſcriptum, publicè tamen probatum fuiſſe liquet ex Ioannis [c] Andreæ diligẽti cũprimis obſeruatione. Nouis deinceps atque nouis emanantibus ab Apoſtolica

17 Deus dedit, Anſelmus Luc. Gregor. Polycarp. Hug. Catalanenſis, Fulgentiꝰ Carthaginienſis & alij Gratiano priores.

18 Decretaliũ Cõpilationes (quę dicuntur) variæ.

19 Bernardi Papienſis compilatio prima.

20 Librorum Titulorũque primus ordo cuius

[a] nt qui putant Hugonẽ atalan. eſſe ctorẽ Cõ alij Iuuuis. annonæ.

[b] breuiatio Canonum gentij th. meint Gratia Syno dist. 63. ne, ntep. ſub ſtan em.

[c] And. ad fat. Dechan. aliũ Greij noui.

sede Constitutionibus, aliud mox volumen edidit quidam Gillibertus Abbas; aliud quoque post hunc Gillibertum quidam Alanus Episcopus Antisiodorensis; quæ tamen duo volumina publicè nunquam fuêre comprobata, nisi quòd quidē Ioannes Galensis ex illis duobus vnum conflauerit volumen etiam publicè probatum: quæ editio propterea *Compilatio* secunda fuit appellata & liber secūdus id est volumen secundum, quemadmodum editio illa Bernardi Papiensis vocabatur *compilatio* prima seu liber primus hoc est volumen primū. Atque hæc omnia quattuor Decretalium volumina partim publicè probata partim non probata præcesserunt Pontificatum Innocētij tertij, qui ante annum Christi 1200 cathedræ Petri præfectus fuit per annos octodecim & quod excūrit. Is quia vir doctissimus atque piissimus erat, Ecclesiæ reformandæ studiosissimus & hæresibus extirpādis ardens, plurima de rebus Ecclesiasticis iisq; grauissimis cōstituit partim solus per sese partim in alio rursus Cōcilio generali Lateranēsi quod anno Christi 1215 maximo totius orbis Christiani concursu celebrabatur. adeò vt penè solius Innocentij tertij plura reperiātur in Gregorij noni Decretalibus rescripta quàm omnium cæterorum simul Pontificum. sub hoc Innocentio tertio, priusquam duodecim præsedisset annos, alius quidā Bernardus Archidia-

21 Gillibertus Abbas.

22 Alanus Antisiodorensis.

23 Ioānis Galensis compilatio 2.

24 Innocētius 3.

25 Bernardi Cōpostellani Compilatio Romana.

chidiaconus Compostellanus, Romę degens, ex eiusdem regestis Innocētij tertij, Decretalium volumē quintum procudit; quod appellationem *compilationis* Romanæ fuit adeptum, quia Romæ sicuti diximus congestum fuit; cui quidē volumini cùm nonnulla reperirentur inserta quæ Romanæ Curiæ patū probarentur, ipsius Innocētij iussu quidam Petrus Benevētanus sextum edidit Decretaliū Innocentianarum volumen, publicè probatum; quod idcirco nunc tertia *compilatio* nunc liber tertius id est volumē tertium appellatum fuit, vt volumen Bernardi Papiēsis *compilatio* prima & volumen Ioannis Galensis *compilatio* secūda; reliquis tribus illorum triū, Gilliberti, Alani, Petri Compostellani, voluminibus reprobatis. atq; sub finem sui Pontificatus, post celebratū nempe Concilium illud Lateranense, rursus aliud per nescio quem iussit edi Decretalium volumē Innocentius hic idem; ordine quidem in vniuersum iam septimum, sed ex approbatis duntaxat quartū: quæ & ob id quarta *compilatio* nuncupabatur & liber quartus vel volumen quartum. Proximus Innocentij tertij successor fuit Honorius tertius; qui & ipse suarum Decretalium volumen edidit iam in vniuersum numero octauum licèt inter approbata Decretalium volumina tantummodo quintum: quę per consequēs quinta fuit appellata *compilatio* seu volumen

26 Petri Beneuētani Cōpilatio 3.

27 Cōpilatio 4 per quendam.

28 Honorij 3 Cōpilatio 5.

29 Sedulitas procudendarum Decretalium summa.

quintum. Decretaliũ procudendarũ quaſi ferrum per illa tempora canduiſſe dixeris: tanta fuit malleorum & incudum crepitantium ſedulitas. Vixdum ſeptuaginta præterierant anni ab Gratiani Decreto condito, & ecce Decretalium volumiſia, quę cõmemorauimus ex Ioanne Andrea, iam octo. Succeſſit huic Honorio noſter

30 Gregorij 9 Cõpilatio 6 quoad probatas, 9 quoad vniuerſas.

Gregorius nonus, qui tot ac tantorum ſibiq; parum conſtantium voluminũ Decretalium epiſtolarum pertæſus, multis mutatis, multis relictis & reiectis, multis etiam nouis deque ſuo ſicuti fit adiectis Cõſtitutionibus vel Decretalibus epiſtolis, nonam parauit omnino Decretalium editionem libris hiſce quinque compræhenſam, numero quidem iam nonam ſi ſpectes cunctas Decretaliũ editiones modò memoratas; at ſextã ſi ſolas probatas.

31 Contij & Gilberti halluçinatio quoad cõpilationes iſtas.

Antonius Contius [a] & Martinus Gilbertus [b] qui poſtremò manus illuſtrãdis Decretalibus adhibuerunt, nonnihil hac in re recenſenda hallucinantur; cùm tamen Ioãnis Andreæ diligẽtiam nihil effugerit, ex quo ferè ſolo retulimus quidquid ad adeò varias Decretalium editiones pertinet. Idem poſt Ioãnem Andream narrant

32 Quos habeat hac in hiſtoria duces auctor.

Antonius Butrius [c] & Zabarella Cardinalis & iam olim ante Ioãnem Andream Hoſtienſis [d]. Per hãc Decretalium editionem Gregorianã, ſuperiores omnes Decretaliũ editiones prorſus abrogatæ fuerunt: quantũlibet ſępenumero nobis pro

Decre-

Decretalium Gregorianarum interpretatione vehemẽter seruire possent si semel integræ & incorruptæ prodirẽt; nam fragmentis earum incertis fides adhiberi nõ debet: vt pro interpretatione legislationis Iustinianeæ procul dubio seruirẽt veteres veterum & Imperatorum & Iurisconsultorum Codices atque libri si tamẽ aliquando puri puti reperirentur & eruerentur. Prodiit hæc Gregorij noni *compilatio* (sic enim vocat[a] ipse maiorum vestigia secutus, neque tamen sine priscorum [b] Latinorum exemplo sicuti suo loco [c] dicetur) anno Christi 1230. quo fiebat vt vniuersum iuris Pontificij quasi corpus duobus hisce solis contineretur voluminibus, Decreto Gratiani videlicet & Decretalibus Pontificum epistolis per hunc Gregorium nonũ editis. Post hosce quinque Decretalium libros à Gregorio nono editos, aliquamdiu cessarunt ab editionibus nonis Pontifices insequentes; donec sub annũ Christi 1300 Bonifacius octauus partim suas partim superiorum Pontificum qui inter ipsum & Gregoriũ nonum interceserant, & quidem ipsius quoq; Gregorij noni Nouellas Cõstitutiones atq; Decretales, ac prẽcipuè duorũ generalium Conciliorum Lugdunẽsium, quorum alterũ sub Innocẽtio 4 circa annum Domini 1245, alterũ sub Gregorio 10 circiter annũ Christi 1273 celebrabatur, decreta, totidẽ libris quot ipse Gregorius

33 Vtilitas cõpilationum variarum.

34 Cõpilatio latina vox antiquissima.

35 Duo iuris Pontificij volumina præcipua.

36 Bonifacij octaui liber.

a *fine præfationis Decretalium.*

b *vt. Pomp. festus lib. 3. verb. vet. inuis. Comparare inquit, & cogere & in vnũ conferre.*

c *in præfat. Greg. 9. vbi & liber eiusdem Festi 14. verb. pilũ & pilare, habitur.*

goriús nonus, iísdemque seruatis librorum singulorum titulis, editioni Gregorianę superadiecit. malens eas adiectiones edere seorsum quàm editioni Gregorianæ interserere, ne sua quibusque editionis Gregorianæ a exemplaria fierent inutilia; secus atque factum fuerat à superioribus omnibus Decretalium Compositoribus, qui præcedentium voluminibus abrogatis editionem suam volebant obseruari solam. quod Bonifacij exemplum posteri deinceps prudenter & modestè piéque secuti fuerunt. hoc volumen Bonifacij licèt quinque cõstet libris, vti Decretales Gregorianę, tamẽ totũ solet allegari sub appellatione libri sexti eo quòd libris quinque Decretalium Gregorij noni quasi sextum quid subijciatur, iisdem seruiens pro diuersis additionibus, neque sanè totum quantulum quantulũ est magnitudine sua singulos Decretaliũ libros exuperans. Mortuo Bonifacio Clemens quintus, qui & proximus Bonifacij successor erat, eodem seruato ordine, Constitutiones Concilij Viennensis ipso præside circiter annum Christi 1311 celebrati, vnà cum cæteris Cõstitutionibus Decretalibus que suis Epistolis, editioni parauerat; quæ defuncto demũ ipso per successorem Ioãnem nempe vigesimum secundum fuit prolata sub annũ Christi b 1320. quæ quoniã nihil præter solius Clementis vel Concilij Viennensis à Clemente confir-

37 Cur seorsum Bonifacius ediderit sua, neque Decretalibus Gregorij 9 passim inseruerit.

38 Exemplum Bonifacij prudens.

39 Sextus cur appellatus lle liber.

40 Clementis 5. liber editus à Ioanne 22.

confirmati continet Constitutiones, Clementinarum vocabulo solet in testimonium vulgò citari. Suas item paulò post addidit Constitutiones quasdam numero viginti, sed seorsum quoque, Ioannes hic vigesimussecundus; Decretalium ordine semper obseruato. Quę quidem tam paucę Constitutiones quia peculiaris alicuius voluminis Decretalium nomẽ minimè promerebãtur, in generali nomine Extrauagantium substiterũt. Extrauagantes enim vocari cœperunt olim Constitutiones omnes Pontificiæ quæcunque & quotcunque Gratianei Decreti volumine non erant comprehensæ; quemadmodum pulcherrimè, sicut omnia sua, docet Abbas Antiquus[a]: addens & illud, etiam hodie quantumlibet in peculiare fuerint volumẽ redactę Decretales epistolę Pontificum per Gregoriũ nonum, tamen sub vocula hac *extra* debere easdem allegari, quòd sint extra volumen Decreti Gratianei; non tamen sub nomine amplius Extrauagãtium. Quanquam nunc ferè, causa breuitatis, obtinuit vt ex Decretalibus testimonia proferãtur simpliciter, expresso solo titulo, citra voluminis alicuius mentionem: quemadmodum recentiores quidam testimonia producunt ex Pandectis. Defuncto sub annum Christi 1335 Ioãne illo vigesimo secundo, variæ variorum Pontificum sequentium prodierunt Extrauagantes Constitutiones, annorũ plus minus

41 Ioannis 22 libellus sub generali Extrauagantium nomine.

42 Extrauagãtes quænã primò dictæ.

43 Allegatio (*exẽ*) quorsum pertineat.

44 Allegatio simplex tituli solius.

45 Extrauagãtium cõmuniũ ratio.

[a] *Abb. Antiq. ad præfat. Decretalium Gregorij noni sub fin.*

minus cētum qūinquaginta ius compræhendentes: quandoquidem quæ inter eas est omnium postrema, præ se fert annum Christi 1483, facta nimirum à Sixto quarto, quemadmodū sub titulo [a] *De reliquiis & veneratione Sanctorum* videre est; quæq; inter easdem primæ sunt, ab eodē Ioanne vigesimo secundo sunt profectæ. liber ille vel editio illa nomē *Extrauagantium communium* propterea sortitur quòd Constitutiones illæ multis Pontificibus cōmunes sint non vni soli debeantur quemadmodū vel Clementinę vel Extrauagantes illæ Cōstitutiones viginti Ioannis vigesimi secūdi. Post hunc annum Christi 1483 nihil videmus libris nostris additum esse. quanquam sanè Pōtifices posteriores minimè dormitauêre sed insigniter Ecclesiasticę legislationis ornauêre Spartā, partim Conciliis quibusdā generalibus interim celebratis partim Cōstitutionibus aliis multiplicibus populo Christiano datis, quantūlibet in corpus hoc iuris nostri nondum sint redactæ. qualium quidē Extrauagantiū corpori iuris nondum inclusarum quænā vel quāta sit vis & auctoritas, oportuniùs loco [b] suo disputabimus. Constitutionū deniq; Pij quinti magnū non ita pridem prodiit volumen, atq; de corpore Pōtificij iuris vniuerso nobis insigniter instaurādo & adornando Pontifex hic Gregorius [c] decimus tertius iā diū seriò cogitat: cuius & Censurā quandam Glossa-

46 Postremorum Pontificum iura nondum in Corpus iuris editum relata.

47 Extrauagantiū Corpori iuris nōdum inclusarum auctoritas.

48 Pii V. Constitutiones.

49 Gregorij 13 conatus.

50 Censura Glossarum iuris Pont. per Greg. XIII.

Glossarum Pontificiarũ cumprimis vtilẽ atque necessariam videmus iam editam.

Præter hos omnes hactenus cõmemoratos iuris huiusce libros, vtilissimè prolati sunt in lucem quattuor Tomi Cõciliorum plerorũque ingentes vnà cum rebus nonnullis eô pertinentibus, opera & industria piissimorũ virorum primò Petri Crabbæ Franciscani Mechlinienſis ac deinde locupletiores Laurẽtij Surij Carthusiani Coloniẽsis, vestigia Isidori illius Hispalensis de quo diximus insequentiũ.

51 Tomi Cõciliorum.

Quod autem capitis huius initio diximus, Canonibus Apostolorum breuiter ac deinde Constitutionibus Apostolicis per Clementem Romanum editis plenissimè contineri tum Constitutiones tum Traditiones illas quarũ Testamenti noui meminit libellus, id quoniam latissimè & accuratissimè probauit ex infinitis propè scriptoribus & Græcis & Latinis iisque vt antiquissimis ita probatissimis vir incõparabilis doctrinæ, singularis pietatis, feruẽtissimi zeli Frãciscus Turrianus, qui simul & scholiis & cõmentariis lõgè doctissimis illustrauit libros illos octo Cõstitutionum Apostolicarũ [a], & in defensione pro Canonibus Apostolorũ Decretales etiã Pontificum primorũ seu Apostolicorũ epistolas ab impugnationibus ineptissimorũ quorundã hominũ vindicauit [b], nõ est quod nos hoc loco vel actũ agamus vel argumẽta Canonũ Apostolicorum

52 Canonum Apostolicorum & cõstitutionum Apostolicarum Adsertio defensioque cõtra hęreticos per D. Franciſ. Turrianũ.

a Franciſ. Turrianus libros octo Constitutionum Apostolicarum.

b Franciſ. Turrianus in libru 5 defensionis pro Canonibus Apostolicis et epistolis Pontificum Apostolicorũ Decretalibus cõtra centuriatores Magdeburgenses per quos et Contius fuit seductus ad c. penult. dist. 16. et in præfat. Decreti.

corum & Constitutionum illarum Apostolicarum compendiosè depromamus.

53 Legislatione Ciuili multò antiquior Pōtificia.

Legislatio Ciuilis Iustinianea nullis est ex libris deprōpta tam antiquis, ne quidē si vel duodecim respicias tabulas, quandoquidem longè sunt iis antiquiores duę tabulæ Mosis: vt interim Senatusconsultorum & Edictorum prætoriorū præ his nouitatem prætereamus. Imperatorū autem Constitutiones & Ictorum respōsa ex quibus legislationem suam congessit Iustinianus, omnia sunt Apostolicis temporibus posteriora; cùm florere demum cœperint illi tum Ici tū Imperatores postquam legislatio Pontificia libris multis iam esset instructissima; nēpe, præter scripturæ sacræ loca quædam tanquam iuris huius fontes, & Apostolorū Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, & epistolis Pōtificum Apostolicorum Decretalibus, & priscorum patrum nonnullorum sententiis, & Conciliorum primorū Hierosolymis & alibi pro re nata sapienter celebratorum Decretis; id quod alibi[a] copiosiùs attigimus.

54 Interpretes legum Pōtificiarum Latini Accursio antiquiores.

Iam, quod ad Interpretes & Glossographos Pontificij iuris attinet, post Græcos illos quorum paulò superiùs feci mētionem, primi fuerunt apud Latinos hi; Laurentius, Vincentius, Alanus, Iacobus, Tancredus, alij similes, viri iam diu ante annū Christi 1200 clari & illustres; qui quidam omnes in primum illud volumen epistolarum

larum Decretaliũ à Bernardo illo Papiensi editum glossemata commentariosque scripserunt; priusquam vel Accursius tum Glossographorum tum interpretum cunctorum Ciuilium longè Princeps vnquã nasceretur (vt qui Gregorij demum noni tẽporibus inclarescere cœperit, mortuus anno Christi 1279 cùm primũ ante quadraginta duos annos iuri studere seriùs inchoasset in suæ nimirũ ætatis anno vigesimo septimo, sicut adnotauit Arnoldus Pontacus a) vel glossemata sua saltem pleniora consequeretur ius Ciuile Iustinianeum, opera potissimũ & labore eiusdem Accursij ex Irnerio, Bulgaro, Hugolino, Ioãne Bosiano, Martino, Pyleo, Placentino, Azone, cæteris. Quibus legum Ciuiliũ Glossographis Latinis antiquiores quidem fuêre Glossographi legum earundem Græci, quorum Viglius b noster meminit, & qui nunc prodire cœperunt, nimirum Theodorus, Thalelæus, Isidorus, Dorotheus, Stephanus, Ioannes, alijque complures; at hi Græcis canonum quoque Glossographis nostris antiquiores non sunt. Sanè tametsi legislatio Iustiniani diu iacuerit in Italia totoq; reliquo Occidente quodãmodo neglecta ac propè sepulta, durantibus videlicet Gottorũ, Vandalorum, Hunnorum, similiumque gentium barbararum grassationibus, donec Lotharius secũdus Imperator sub annum Christi 1130 legislationem Iustinianeam

55 Accursius vir qualis quantusq;

56 Glossographi Græci Latinis antiquiores, & inter Græcos ipsos, Canonistæ ciuilibus antiquiores.

57 Apud Latinos omnibus omnino tẽporibus floruisse legislationẽ Pontificiam, ciuilem verò diutissimè iacuisse quasi sepultã.

a Pontacus in prolegom. ad annũ Christi 1227

b Viglius in præfat. ad Constitutiones Theophili Græcas.

neam in vsum reuocaret & in scholis publicis doceri mandaret, legislatio tamẽ Ecclesiastica semper & incessanter citraq; intermissionem viguit. A Lotharij verò temporibus exorti sunt primi legum Ciuiliũ interpretes, Irnerius, Bulgarus, Hugolinus, alij; quos & ipsos interpretibus Canonum Latinis fuisse recentiores non rectè videtur affirmare Contius [a], cùm Gratianei etiam Decreti tempora præcesserit Irnerius cum cęteris coæuis, qui partim Summas quę vocantur partim Commentarios in Ciuile ius ediderunt, Glossas non ediderunt. Glossographi Decretalium primi fuerunt illi quos ante dixi. Glossographus postea Decreti Gratianei primus fuit quidam vel Hugo vel Hugutio, quemadmodum non vno loco scribit Antoninus [b] Archiepiscopus Florẽtinus in historiali suo speculo; secundus deinceps Ioãnes quidam Semeca cognomento Teutonicus sub annum Christi 1260, qui frequẽter Hugutionis illius facit mẽtionem; tertius denique cõfestim Bartholomæus Brixiensis. quare falsò putat Arnoldus [c] Pontacus hunc Ioannem Teutonicum fuisse primum Decreti Glossographum. Glossa Ioannis huius Teutonici vulgò nominatur communis, vt ait [d] Archiepiscopus ille Florentinus. Huic Ioanni Teutonico licèt Accursius deprehendatur fuisse coæuus vt & Bartholomæo Brixiensi, Hugutione tamen fuisse

78 Interpretes quidã Ciuiles, Canonicis antiquiores.

79 Glossographus Decretĩ primꝰ

80 Glossographorũ variorũ ætas.

vide-

videtur posterior. Illud item satis liquet ex Ioanne[a] Andrea, glossas Decretalium non ex Accursio sed ex antiquarum illarum quas posuimus compilationũ glossis à Bernardo quodam Parmensi fuisse congestas cum nonnullis nouis additionibus. floruit Bernardus ille sub annum Christi 1250 coæuus Accursio. Memorat autem Ioãnes Andreas plurimos alios antiquarum compilationũ Glossographos præter eos paulò superiùs à me commemoratos, Accursio vetustiores. Quanquã Glossographorum primorum genus vtrumque non adeò multum temporibus & ætatibus distat. quod obiter admonendum duxi, ne quis fortè sciolis quibusdam crederet & nugivendis ineptissimis falsò perque calũniam scriptitantibus & auctores & Glossographos iuris Ciuilis antiquiores esse vel auctoribus vel Glossographis Ecclesiastici seu Pontificij iuris huius nostri, cùm veritas ipsa planè sit atque stet in contrarium. Sanè Pontificij iuris glossemata glossematibus legum Ciuilium neque soliditate cedũt neque vetustate; ius autem ipsum Pontificium & præstãtia & antiquitate legibus Ciuilibus longissimè præcellit. Vtramque tamen legislationẽ hoc habere cõmune videmus, vt & augeatur naturaliter successu tẽporis, (ne hodierno quidẽ die tacentibus legumlatoribus nec vnquã tacituris quãdiu stabit mundus, vel ingenti teste volumine Consti-

[a] And. in nio suo ecreta-

81 Glossę Decretaliũ nequaquã ex Accursio.

82 Glossographi multi Pontificij Accursio antiquiores.

83 In sciolos quosdã nugivẽdos ac mendaces.

84 Soliditas maior glossarum Põtificiarum quàm Ciuilium.

85 Legislationis omnis incrementũ quotidie necessariũ.

Constitutionum Caroli quinti Imperatoris) & interpretum numero turbaque penè semper laboret; cùm tamen qui vnũ viderit, maximè posteriorem aliquẽ, omnes viderit; adeo genus hoc omne scriptorum farinæ deprehẽditur eiusdem, ne verbis quidem frequenter aliorum per alios immutatis. nec sanè plagij censetur inter bonos viros crimen, aliena sibi sumere; sed ingenuitatis habetur, alieno velle frui labore. Panormitanus præ cæteris in alienis lucubrationibus ad verbum describendis artifex creditur fuisse maximus atque dextertimus. Testatur Ioãnes a Andreæ suo iam tempore in libros Decretalium Gregorij noni plus quàm octingẽta seu volumina seu opera (*petias* barbaro vocat vocabulo) commẽtariorum fuisse: cõnumeratis autem antiquarum compilationum Glossographis, amplius quàm mille fuisse volumina vel vt ipse vocat *petias*. Quodsi numerentur nunc & opera & opuscula tum Ioannis Andreæ ipsius (qui mox post annũ Christi 1300 cœpit inclarescere, Glossographus ipse & libri sexti Bonifaciani & Clementinarum, defunctus anno Christi 1348) tũ sequentiũ interpretum ad ætatẽ vsque nostram, numerus ille millenarius fortassis iam cõduplicatus reperietur. Insanabile nẽpe multorum scribendi cacoëthes est; vt nihil nunc restet amplius quàm vt ad simplicissimum commentandi genus, quale secula postu-

86 Interpretũ cantilena prorsus eadem.

87 Panormitani supellex tralatitia; sicut & cęterorum.

88 Commentariorũ immensitas.

89 Qualis interpretatio iuris nunc summè necessaria sit,

postulant erudita, redeatur, ac ad ipsos puræ putæ legislationis Ecclesiasticę fontes atq; principia digiti semper intendantur, recta docendi via rationéque diligentissimè seruata. qualis Ecclesiasticarum legum interpretatio in tanta præsertim cõmentariorum cõfusione temporibus hisce profectò summè necessaria est.

Ac quoniam primos Glossarum quæ dicuntur iuris vtriusque prodidimus auctores ac tẽpora, non erit abs re si per breuissimam digressiunculam simul annotemus Ordinariæ sacrorum Bibliorũ Glossæ tempus & auctorem. Sunt igitur qui putent Caroli Magni præceptorẽ seu Alcuinum seu Albinum eius Glossæ auctorẽ fuisse: sed refert Abbas [a] Tritthemius, paulò post Caroli Magni tẽpora sub Imperatore Ludouico circitèr annũ Christi 840 primum eius collectorem fuisse monachũ quendam Fuldẽsem nomine Strabum Rabani olim discipulũ virum longè doctissimum, qui & alia multa scripserit. seculis deinceps aliquot posterioribus, nempe sub annum Christi 1110 Glossam Bibliorum interlinealem & marginalem nouo eoque breuissimo expositionis genere superuenisse per Anselmum [b] quendam Laudinensem Scholasticum virum & doctissimum & piissimum.

90 Glossæ Bibliorũ Ordinariæ auctor.

91 Interlinealis & marginalis Glossæ auctor.

[a] Tritthem. in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, in Strabo monach. Fuldens.

[b] Item in Anselmo Laudunensi.

Caput secundum
De Arte & Ordine & Auctoribus Decreti Gratianei.

92 Ordo, Methodus, & Ars Decreti Gratianei.

Post & librorum & Glossographorum primorum nostrorum historiam satis illustratam, postulat nunc tempus vt breuiter indicemus quænam sit ordinis tum in Gratiani Decreto tum in Decretalibus his Pontificum epistolis digerendis obseruati ratio. Frequēs est inter eruditos de iuris Arte, sit, non sit, disputatio; non ætate tātùm nostra sed & priscis olim iam inde à cōdito iure Romano temporibus, ac maximè Seruio Sulpicio Ciceronéque florētibus. An verò postea Pandectarum vel Digestorum vel Institutionum vel Constitutionum libris per complures etiam ante Iustinianum conscriptis ars illa perfecta fuerit, grauioris adhuc est quæstionis. Ad huius quoque iuris Pontificij, præsertim Decretalium, libros ea serpsit inuestigatio; cui tum nosmetipsos olim tum nunc alios per traditionē Paratitlorum diligenter incumbere meminimus. Cæterùm peculiaribus librorum Titulis deficientibus, immò deficiente voluminis cuiuspiā certos in libros distributione, velut in Decreto Gratiani, sitne vel Artis vel Ordinis alicuius hic artificiosi digna viris eruditis atque methodicis obseruatio, iustiùs fortasse dubitari potest. Ac quoniam Gratiani volumen illud insignis quidam & incōparabilis est omnis

& An-

& Antiquitatis & legislationis Ecclesiasticæ thesaurus, à summis Pontificibus olim sicut & nuper à Gregorio PP. XIII nobis ad obseruandum traditus, mox initiò nõ inutiliter nec importunè pro studiosorum commoditate de tanti ac tam vasti quęremus operis vel arte vel ordine.

Primùm nos oportet meminisse, iuris omnis in artem redigendi non tam accuratam fortasse vel à Iustiniano Iustinianíve administris Triboniano sociisque Triboniani vel à librorũ Pontificiorum scriptoribus habitã esse rationem, quàm verisimiliter voluisset haberi vel Pompeius Magnus vel Iulius Cęsar vel Lucius Crassus vel ipse Cicero; quos omnes quattuor de iure Ciuili iam olim in artem redigendo cogitasse, quin & horum nonnullos in eo genere nõnihil perfeciſſe legimus [a]. Contenti nempe fuerunt homines nostri, seculis nati non ita felicibus, populari quadam atque adeò qualicunq; tandem neque scopis dissolutis omnino simili legislationis digestione seu dispositione: qualem vir aliquis prudẽs ac fori iudiciorumque peritus & in rebus agendis diu multumque versatus abundè probauerit, sciolus aliquis è puerili schola proreptans ludimagister facilè contẽpserit: sed vt nimis curiosa scrupulosaque quarumcunque rerum dispositio superstitionis est insanę, sic vasta & vaga membrorum omniũ partiumque diuulsio dis-

93 Ars iuris qualis fuerit à nostris cõsiderata.

94 Fori iudiciorumque peritis abũdè satisfacit Ordo librorũ iuris, at sciolis non æquè.

[a] Gel. noct. Att. lib. 1. cap. Sueton in Cæs. & c. fuerũt. 7.

iectioq; stupiditatis est crassissimæ. Quid secuti fuerunt Iustinianus atque Tribonianus in Codice, Digestis, Institutionibus, disponendis, sedulò prosecuti sumus tum in iuris vtriusque paratitlis nostris tum in oratione nostra quam de arte iuris Ciuilis Romanorum olim habuimus loco præfationis in professionem Pandectarum. Quid autem Gratianus in Decreto suo disponendo fuerit secutus, & Archidiaconus & Dominicus Geminianus & Præpositus & Antoninus [a] Florētinus & Ioannes Turrecrematēsis & ante illos antiqui Glossographi diligēter ostendere conati fuerunt. Illud in promptu est, Gratianum tria sibi summa proposuisse operis sui vniuersi seu genera seu capita; Primum [b], iuris Ecclesiastici principia, fontes, atque dignitatem, vnà cum Cleri seu personarum Ecclesiasticarū præeminentiis & officiis, & vniuersæ Iurisdictionis Ecclesiasticæ præstantia; Secundum [c], genera omnium causarum seu iudiciorum sub Ecclesiasticam iurisdictionem cadentium; Tertium [d] denique, ipsius Christianismi propriū quasi characterem seu notam quandam peculiarem qua Deo toti coniungamur atque consacremur; vt per sacramenta Baptismi & Confirmationis, & per Eucharistiæ sacrificiiq; mystici tremendorumque mysteriorū participationem; diebus etiam festis atque ieiuniis religiosè semper obseruatis, nec imaginibus Ec-

95 Auctoris disputatio de iuris arte.

96 Ordinis Gratianei consideratores.

97 Ratio summa Ordinis Gratianei in vniuersum.

a Dic. lib. 1. de Orat.

b In d. Paratitlis et in orat. de arte iuris.

bus Ecclesiæ cõtemptis. Ita vt prima Decreti Gratianei pars atq; etiam tertia potissimùm sint iuris publici, cùm partim ad magistratus Ecclesiasticos partim ad sacra Christiana ceremoniasq; Christianas pertineant; Secunda verò pars propriè sit ipsorum iudiciorũ seu causarum quarumcunque ad Ecclesiasticum forum spectantium. Quo quidem toto dispositionis genere Gratianus ordinem spectauit non alienum ab ordine quem saltem in vniuersum tenuit & in Pandectis & in Codice suo Iustinianus, vt qui vtrobiq; iuris publici partem tractationi iudiciorũ ipsorum tum Ciuilium tum criminaliũ præmisit, quoad magistratus nimirum, partem subiecit, quoad fiscalia scilicet atq; similia rerum genera statum reipub. concernentia.

98 Quid & quos videatur secutus in ordine Gratianus.

a Dicebat olim L. Crassus apud Ciceronẽ a, si quis effecisset vt primùm ius omne in genera digereret, deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiret, tum propriam cuiusq; vim definitione declararet, perfectam nos artẽ iuris habituros.

a Cic. lib. 1. de Orat.

99 L. Crassi de iuris arte iudicium.

b Quod an quis vnquam in iure Ciuili præstiterit, alio b loco disserui. Gratianus, in iure Pontificio in volumẽ suum redigendo, genera summa non pessimè secũdum prædictam rationẽ constituisse videri fortè poterit sub tribus his Capitibus, DISTINCTIONIBVS, CAVSIS, CONSECRATIONE. Verùm, videamus ecquid & in singulis eorum triũ

b vide D. Paratitla et in orat. de arte iuris.

100 Gratiani dexteritas in disponẽdo.

generum quasi vel mẽbris vel capitibus dispertiendis iudicio L. Crassi, quod & naturalis rationis est, satisfacere conatus fuerit Gratianus. Equidem video, gnauiter adlaborasse Gratianum ne quasi scopas quasdam dissolutas nobis relinqueret sed membris illorum trium summorum seu generum seu capitum nec incommodis omnino nec ineptis vteretur, adhibitis plerumque partitionibus peridoneis. vt ecce, primum illud vel genus vel caput summũ, Distinctiones videlicet, in membra tria paulò superiùs à me commemorata partitur; quorum nempe primum de elementis [a] est iuris Ecclesiastici, secũdum de personis [b] Ecclesiasticis, tertiũ de potestatis & Iurisdictionis Ecclesiasticæ seu Pontificiæ præstantia [c] seu præcellentia seu præeminentia totiusque gubernationis Ecclesiasticæ gradibus & ordine, vel (vt nostri se loqui putant significantiùs) de Maioritate & Obedientia cum similibus inde dependẽtibus. Interpretum vulgus ignoratione methodi minutatiùs hęc omnia secat in membra septem; quæ tamẽ omnia sub illis tribus à me positis cõprehenduntur. quorum quidem septem primum [d] est, de primis quibusdã iuris ipsius elementis, vt vnde sit natum, quænam & quot eius vel formæ vel species, & quænã specierum inter se singularum differẽtiæ; secundum [e], de origine & institutione ministrorum Ecclesiæ & officiis eorundem

pro or-

101 Gratiani studiũ vehemens & singulare ne scopas relinqueret dissolutas.

102 Distinctionum subdistinctio in tria membra.

1

103 Interpretũ vulgus in 7. secat mẽbra distinctiones Gratianeas.

2

pro ordinum varietate tertium [a], peculiariter de officio Episcopi, potissimùm iuxta traditionis & Institutionis Paulinæ [b] præcepta numero tredecim sicut à nostris quidem numerantur: quartum [c], de nonnullis impedimentis ordinum Ecclesiasticorum tum exercendorum tum suscipiẽdorum: quintum [d], de modo, ratione, formaque constituendorum Ecclesię ministrorũ ac præcipuè Episcoporum: sextum [e], de illis tredecim rursus Apostolicæ regulæ præceptis Episcopalibus, propter diffusiorem paulò Regulæ Paulinæ materiam: septimum [f], de principatu Pontificis, & vniuersæ iurisdictionis Ecclesiasticæ siue Pontificiæ præstantia & excellentia cùm præ omni cæterorum Ecclesiasticorum potestate tum præ cuncto seculari simul imperio, siue Regum siue Imperatorum siue Principum quorumcunque. quam considerationem nostri Maioritatis & Obedientiæ nominibus designãt, sicuti modò dicebatur. Sed ex hisce septem membris, per interpretes plerosque nostros cõfictis, intermedia quinque nihil aliud reuerà sunt quàm particulæ quædam vel substinctio potius membri secundi (nimirum de personis Ecclesiasticis) à me propositi. Quòd autẽ loco tertio L. Crassus in iuris arte conscribenda requirebat vt cuiusque membri vis definitione declararetur, id adeò solicitè fecit Gratianus, præsertim in distinctionibus,

3

4

5

6

7

104 Horum 7. ad tria reductio.

105 Definitio diuisioque mẽbri cuiusque per Gratianũ.

[a] §. 1. d. c. num oratorium. vsq; ad 10 dist.

[b] 1. tit. 1. & 1. timoth. 3.

[c] dist. 50 vsque ad 60.

[d] dist. 60. vsque ad 81.

[e] dist. 81. vsque ad 93.

[f] dist 93. vsque ad finem dist. 101. quæ est vlt.

vt & definitionibus & diuisionibus omnia sint apud ipsum plena [a]. quàm verò vel feliciter vel infeliciter, alterius est inspectionis: hic sufficit ostendisse, qualiscunque in Gratiano rationem ordinis apparere qui iuris Ecclesiastici studioso vel mediocriter saltem cõsulat. nam partiendi peritia tanquam virtus quędam rarissima tanti semper alioquin habita fuit iam olim apud summos etiam Philosophos, vt Socrates apud Platonẽ [b] dicere soleat, hunc virum tanquam Deum quendam à tergo secuturum sese si quem reperisset qui rem vniuersam rectè diuidere nouisset. Gratianus certè pro suo modulo frequentissimè [c] sui rationem reddidit ordinis, & per transitiones quasdam commodissimas antecedentibus insequentia connectit, & subinde suas digressiones excusat [d]: vel solo distinctionum verbo frequentique earũ numero singulare suum satis indicans ordinis desiderium; captatis etiam ad ordinis commẽdationem D. Pauli [e] præceptis illis Episcopalibus. At hactenus de primo Decreti Gratianei mẽbro vel eius ordine rationéque satis.

106 Partiendi peritia maximũ quid ac propè diuinum.

107 Ordinis ratio frequẽtissimè per Gratianũ reddita.

108 Episcopalia Diui Pauli præcepta.

Iam verò ad secundum Gratianei Decreti caput summum seu genus quod attinet, iudicia inquam seu Causas, numero in vniuersum triginta sex, quas non omnino stupidissimè nec illepidissimè pro Ecclesiasticorum iudiciorum explicatione proponit (quoniã Cicerone [f] teste iu-

109 Causarum Gratianearum partitio bimẽbris cadẽque prudẽtissima.

dicia

dicia omnia aut distrahendarum controuersiarum aut puniendorum maleficiorũ causa reperta sunt) siue de suo Gratianus Causas eas confingat, vt certè videtur [a], siue res gestas interdum narret; in his ordinem seruat hunc, vt à criminalibus incipiat & pecuniarias deinde subiungat: permistis tamen subinde criminalibus cũ pecuniariis pro multiplicium quæstionũ ex vnaquaque Causa nascentium varietate. cur autem à criminalibus ordiatur, cõtra cæterorum ferè scriptorum consuetudinem, rationẽ reddidit ipse dum à Distinctionibus ad Causas trãsiret [b]: nẽpe quòd hactenus per Distinctiones de Electione & ordinatione Clericorum locutus Catholicorũ, nunc ad ordinationes transiret Simoniacorum. Cui rationi posset addi, quòd vt inter arma silẽt leges ita nisi sceleratis hominũ facinorosorũ conatibus atque grassationibus celeriter occurreretur omnia iudicia necessariò turbarentur atq; silerent. qua simul in ordinis ratione non omnino caruit omni veterũ quorũdam quantúlibet pauculorũ scriptorũ exemplo Gratianus. Principem criminosos inter homines obtinet meritò locũ [c] Simõ Magus; ordine toto peragendorũ criminis alicuius reorum iudiciario per integras causas quinq; [d] diligẽter cõmonstrato: spoliationis [e] & famosorũ libellorũ tractatione permista. Criminalibus his expeditis, venitur ad alia iudicia seu Cau-

a vlt. 1. in fin.

b dist. in fi.

c causa 1.

d causis 4. 5. 6.

e causa 3.

f causa 5.

110 Criminalia iudicia cur præmiserit pecuniariis Gratianus.

111 Criminalis tractatus subdiuisio Gratianea.

sas alias cõditionem & statum & externa seu tẽporalia negotia cõcernẽtes, quas generali nomine pecuniarias appellamus. in quibus capita ferè quattuor quasi partes quasdam huius mẽbri præcipuas Gratianus inuenitur potissimùm cõsideasse, iuxta quattuor peculiaria hominum in republica Christiana versantiũ genera. nam cùm duo sint summa Christianorum genera, vnum Clericorum, alterum Laicorum, ex Clericis alij in Ecclesia summis funguntur honoribus Ecclesiasticis alij simplici Clericorum nomine censentur; ex Laicis verò alij votis adstricti monasticis vitam degunt solitariam (qui nunc tamen pleriq; omnes Clerici sunt, vbi olim Laici ferè erant) alij per matrimonij sacramentum vinculis adstringũtur cõiugalibus. Quæ quidẽ quattuor præcipuè Causarum pecuniariarum siue partes siue species cùm in Gratianeo Decreto mediocriter emineant, reliquus ordinis vniuersi discursus quantumlibet paulò turbatior æquo ferendus est animo; mistis nimirum criminalibus passim Ciuilibus hisce. quid si Gratianus decóri nescio cuiusnã fortè studiosus (vt imaginationis erat homo mirificentioris vt monachus & ingeniosus & ocio literario satis abũdans) iudicia forensia tanquam naturaliter turbulenta, Causasque suas turbulentiores, turbulentiore simul ordine persequi studio maluerit? Sequuntur igitur aliæ mox apud Gratianum

112 Pecuniariarum Causarũ subpartitio Gratianea in quattuor partes.

113 Ordo vel mediocriter bonus boni consulendus.

114 Gratianus monachus decóri vehementer obseruans nõ sine lepóre.

a causæ inte-rehæ. 7. 8. 10.
b causa tota 1.
c causa tota 2.
d causa tota 3.
e causa tota 4.
f causa tota 5.
g Causæ inte-rehæ, 16. 17. 18. 19. 20.
h causa tota 21.
i causa tota 22.
k causa tota 23.
l causa tota 24.
m causa tota 25.
n caus. tota 26

tianum Causæ; primùm[a] numero quattuor[a], de Archiepiscoporũ & Episcoporum potestate ac iure. Secundò consequenter hinc aliæ de foro[b] Clericorũ in vniuersum; de iure prouẽtuum[c] Ecclesiasticorum; de præscriptione[d] decimarum & oblationum, cum similibus; de rebus Clericorum repetendis, ac vsuris[e], quod criminalium rursus est Causarum; vt &, de criminibus alienata mẽte[f] commissis. Tertiò 3 deinceps aliæ peculiares Causæ quinque[g] solo de statu monachorum, vt votis & professione rebusque omnibus eô pertinentibus: tum postea iterũ Causa singularis de Clericorum[h] secularium titulis, vita, ac statu. Quartò 4 denique complures Causę de rebus quibusdam partim Christiano cuilibet tã Laico quàm Clerico, partim soli Laico conueniẽtibus: prioris generis Causæ sunt hæ ferè; de iureiurando[i] & periurio & obedientiæ abiuratione; de militia[k] & bello, maximè contra hęreticos, deque sui vindicta, & armorum sumptione etiam per Clericos absq; venia Imperatoris; de excõmunicatis ab Episcopo hæretico[l], vbi Catalogus texitur hæreticorũ, vnà cum tractatione quadam satis luculenta de fide & vnitate Ecclesiæ Romanæ extra quam non sit salus; de priuilegiis[m] & eorum derogatione; de sortilegiis[n], diuinationibus, auguriis, magia, mathematicis: posterioris generis est matrimonij sacramentum, de quo per inte-

a causæ inte-grè hæ. 7. 8. 10.
b causa tota 1.
c causa tota 2.
d causa tota 3.
e causa tota 4.
f causa tota 5.
g Causæ inte-grè hæ. 16. 17. 18. 19. 20.
h causa tota 21.
i causa tota 22.
k causa tota 23.
l causa tota 24.
m causa tota 25.
n caus. tota 26.

1
115 Singularũ quattuor partiũ sub partitio cũctas reliquas cõplexa Causas.
2
3
4
116 Quarti & vltimi mẽbri subdiuisio.
117 Catalogus hęreticorũ.
118 Matrimonialis tractatus vltimus.

integras decem causas agitur, vsque ad finem videlicet Causarum. inserto per occasionē tractatu de sacramento Pœnitentiæ, quasi obiter: occasio autē fuit Causa 33 matrimonialis, in qua mulier quædam proponebatur à viro suo separata quæ crimen suum confessa fuerat soli Deo soláve cōfessione cordis; vnde quæstio mouebatur inter alias illius trigesimæ tertiæ Causę tertia, num tali confessione crimen deleri posset. Quinimmò citra peculiaris alicuius tractatus formam nōnullis in libris antiquis manuscriptis, quales ipsemet ego vidi, quęstio illa tertia disputatur nullis distinctionum (quæ nunc apparent illic numero septem, nec inutiliter sanè) classibus adhibitis. E singulis autem triginta sex Causis his oportunissimas elicit quæstiones Gratianus, rei pręsentis explicandæ gratia factas, disceptationibus forensibus accōmodatas. vnde perspicuum fit, causas omnes has triginta sex, primùm in certa rerum genera tanquā in pręcipua mēbra seu partes præcipuas esse sectas, vt modò docuimus, & singulas partium singularum Causas in varias deinceps quæstiones quasi multiplices partium earundem singularū vel particulas vel articulos diduci. qua de re pluribus hoc loco non agā; quemadmodū neque de tertio totius operis Gratianei summo seu genere seu capite, nimirum *Consecratione*: præter hoc solum, quod in hoc tertio summo genere genui-

119 De pœnitentia tractatus qua occasione insertus.

120 Tractatus de pœnitētia nihil aliud quàm pars quædā tertiæ quæstionis Causæ 33.

121 Causarum singularum in quæstiones certas coniectio commoda more forēsi.

122 Argumentum & Ordo tractatus de *Consecratione* totius Decreti parte 3.

genuinam Christianismi notã repræsentãte, nõ ab illis inchoëtur quæ rerũ peragendarũ ordine sunt priora, sed ab Excellẽtioribus, vt est Eucharistię sacramentũ a cũ vniuersa sacrificij Christiani Cõsecrationisque materia; rebus cõsequenter externis ad hoc sacrificij publici munus pertinẽtibus consecratione quadã Deo dicatis: quę quidẽ res ob id etiã pręmittũtur b: tanquã pręparamẽta quędã. Nam alioqui Baptismus c & Cõfirmatio d (quę duo sacramẽta Christianis omnibus imprimunt characterẽ, sicut & Ordinis sacramentum Dei ministris Ecclesiasticis) ordine naturæ præcedebãt. Dierum quoque festorũ e & ieiuniorũ f præceptio & obseruatio, & imaginũ in templis Christianorũ veneratio g, & sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis h præ omnibus inculcãda fides firma prorsus & inuiolabilis, ad statũ Christianismi totius publicum præcipuè referuntur.

a Consecr. d. 1. & 2.

b Consecr. d. 1.

c Consecr. dist. 4.

d Consecr. dist. 5. quæ vlt.

e Consecr. dist. 3.

f 1. dist. 3. & 5. quæ est vlt.

g 1. dist. 3. sub fin.

h 1. dist. 3. c. vlt.

Equidẽ non inficior quin alius isq; melior ordo constãtiùs & artificiosiùs institui potuisset quàm est is quem Gratianus instituit. ac maluisset fortassis alius potiùs aliis vti partitionibus partiũque singularum tũ subdiuisionibus tũ dispositionibus. accidit nẽpe tale quid in librorũ conscribẽdorum dispositionibus quale solet in extruẽdis ędificiis; alio Architecto aliũ probãte magis ordinem; neque tamẽ suo quodã caret vnusquisque pulchro. Solius ferè temporis ordinem probat Isidorus;

123 Alius alia gaudet Methodo.

124 Ordo temporis.

vti

125 Burchardꝰ & Iuo lōgè confuſiores Gratiano.

vti fecerunt & illi qui Tomos Conciliorum nobis exhibuerũt. Burchardus Wormatienſis & Iuo Carnutenſis in alia quædam ſumma capita totam ſuam ſeu farraginem ſeu collectionem ſeu ſi cum Sex. Pomp. Feſto mauis compilationem congeſſerũt, ſed & numero lōgè plura (quod partitionis alicuius vniuerſalis magnũ eſt vitium) & rebus miſtis multò ſanè confuſiora. Qua in re iudicium Ioannis a Molinæi Gratianum noſtrum temerè prorſusque pueriliter calumniantis & in ſua Decreti Gratianei profeſſione præuaricatorem ſe declarantis, vt editionem Decreti Iuonici ſuam redderet (credo) plauſibiliorem, vehemẽter equidem demiror atque deſidero: nec vllo modo ferendum reor tam inſolens hominis intemperãtis in interpretes omnes noſtros qui Gratiani laborem ſuis illuſtrarunt commentariis, viros doctiſſimos atq; perſpicaciſſimos, vel ſcomma vel dicterium, quaſi qui, dum ordinem quærunt in Gratiano, venationem inſtituerent aut delphinorũ in ſyluis aut aprorum in fluctibus. Illud non inuitus agnoſco, ſimile quid interdũ prẽter ſpem ſuam & expectationem accidiſſe Gratiano quale metuentibus peſtem; quandoquidem vt hi ſẽpenumero per diuerticula primi in eam incidũt; ita Gratianus ab ordinis confuſione ſibi vel maximè metuẽs in eam fluctuãtiùs impegit interdum; ſed in medio quaſi curſu diuerticuloq; dum-

126 Temerariũ puerileque Io. Molinæi de Gratiano iudiciũ.

127 Eiuſdem in Interpretes Gratiani viros maximos & incõparabiles petulantia.

taxat,

taxat, non in ſummis generibus vtcũque conſtituendis. Quod vtvt ſit, certè Gratianus Iuonem longiſſimè ſuperat & ordinis commoditate & rerum Eccleſiaſticarum copia; neque vel vmbrã vllam veri habet quòd Ioãnes iſte Molinæus[a] iactitat, Iuonis volumen Gratianeo Decreto maius eſſe atque locupletius; cùm è contrario tertia penè parte ſit maius & rebus Eccleſiaſticis inſtructius Gratiani volumen volumine iſto Iuonis, vt maximè Gloſſarum (quæ dicũtur) quaſi veſtimento denudaretur Gratianus, id quod optare videtur Molinæus. Habet hoc itẽ commodi Gratianus præ cæteris Decretorum Collectoribus, quòd in vtranque partem quęſtiones omnes grauiſſimas luculenter agitet, non ſcholaſtico tantùm, ſed & forenſi more; qui diſputãdi mos procul dubio ſemper eſt ad rectè de rebus omnibus iudicandum vehementer neceſſarius: ab Ariſtotele cumprimis vſurpatus, & ab excellentibus viris Petro Lombardo Theologo & Gratiano Ictº noſtro fratribus laudabiliter in vſum reuocatus, & à D. Thoma viro ſagaciſſimo & methodi verę peritiſſimo ſeruantiſſimoque admirabiliter exornatus. quo in genere qui vel nihil vel parum poſſunt, ij profectò nec in paleſtra ſcholaſtica nec in arena forẽſi multum valent. In ordine tamen ſuo, poſt arrepta ſemel illa tria ſumma genera, partim conſtituendo partim proſequendo Gratianus

[a] Molin. eſſat. in ius.

128 Eiuſdẽ cœcitas in æſtimanda magnitudine voluminis Iuonici et Gratianei.

129 Gratiani dexteritas in diſputãdo tractandoque ſingularis; exemplo tum Ariſtotelis tum ſapiẽtiſſimi cuiuſque.

130 Ordinis Gratianei vitiũ nonnullum.

tianus hoc præcipuè habet vitij, quòd ex occasione nonnunquam leuiori proxima sola solis proximis ferè coniungat, neque semper generale caput aliquod intermedium seu quasi subalternum satis idoneũ constituat, neque satis apta capitis vnius membra constanter & ex arte componat vbique, neque perpetuo quasi filo cuncta sua concinnè nectat. Quanquam rursus inter homines eruditos & methodi gnaros alius alium sibi connectionis & ordinis in Gratiano rationem cõminiscitur, dum pro se quisque suum laborat adferre symbolum. Videbitur fortè nonnullis in Decreto Gratianeo nõnulla relucere personarum & rerum & actionum imago; nonnullis videbũtur esse partim Elementa iuris Pótificij quasi τὰ πρῶτα quædam, partim iudicia Pontificia cuiuscũque generis, partim Sacramenta; nonnullis denique quid aliud atque rursus aliud apparebit, vt quisque in suo semper abũdat sensu: sed quid verę sit artis atque methodi perspiciunt pauciſſimi; quinimmo, sepositа arte prorsus omni, rariſſima in terris est auis quæ nudè videat summa rerũ ab auctoribus tractatarum genera: quæ quidẽ an hic nos in Gratiano viderimus, alij candidè diiudicent. De Sacramentis Ecclesię septẽ cur non egerit coniunctim nec vnico tractu Gratianus, ex hactenus dictis facilè coniicitur: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, reiecit in vltimam

131 Varias posse reddi rationes Ordinis Gratianei satis plausibiles.

132 Summa rerum capita in Auctoribus videre, maximum quid.

133 De sacramẽtis omnibus cur disiunctim egerit Gratianus.

timam sui operis partem; de Ordinis Ecclesiastici Sacramento pleniùs agit in distinctionibus; de Pœnitétia déque Matrimonio inter Causas; Vnctionis extremæ breuiter [a] meminit in Distinctionibus.

Quæritur à nostris an Gratiani Decretum polleat auctoritate iuris & in iudiciis & scholis, quemadmodum Decretales epistolę Pontificum quę publicè per Pontifices pro iure proponuntur. Ac sunt nouitij quidã [b] scriptores qui testentur Gratiani Decretú ab Eugenio tertio, sub quo vixit Gratianus approbatum fuisse. quod quia nullo (præter vnum Tritthemium) probant idoneo teste, meritò reiicitur à nobis vt suspectissimum; cùm neque diligentissimus in rebus talibus adnotandis Antoninus Archiepiscopus Florentinus neque Platina Pontificum βιόγραφος accuratissimus neque quisquã probatus auctor alius, qui quidem nostras venerit in manus, id affirmet. quinimmò cõtrà, sentiunt Interpretes ad vnum omnes [c] nostri tam Ciuilis [d] iuris quàm Pontificij [e], non ab vllo vnquã Pontifice nominatim fuisse probatum Gratiani hoc Decretum, sed sola consuetudine receptum; neque plus auctoritatis adhuc habere quàm per sese habeãt auctoritates ipsæ siue Pontificum siue Conciliorum siue quorumlibet scriptorum aliorum ex quorum fragmentis Decretum suum Gratianus post Isidorũ & Burchardum & Iuonem & alios con-

134 An auctoritatem iuris habeat Gratiani Decretum.

135 An Eugenius 3 approbauerit Gratiani Decretum.

136 Cõmunis interpretũ grauissimorũ sententia de Gratianei Decreti auctoritate.

[a] ...sbyteros. ...illud sa... luũ. dist.

[b] ...vitam ...tiani re... ...oribus ...xam De... ...editionis... ...& alios ...th. mium ...os.

[c] ...positus et DD. in ...proœmiis Decretum ...tian.

[d] ...tolus in ...nauagã... ...ad repri... ...dam.

[e] ...mm. Andr. ...c. 2. de re... ...ptis.

m farci-

137 Ipsi Gratiano quātum tribuendū.

sarcinauit; in propriis autē Gratiani verbis nihil esse maioris auctoritatis quàm quantum ratio & æquitas per sese patiantur, cùm non plus tribuatur (in solis quidem suis) Gratiano, quàm interpreti cuiquam alteri. quo fit vt frequēter ab ipsius in cōciliatione Canonum seu discordantium Canonum concordia (sicut ipse vocat) adsertionibus recedatur, vt & subinde Glossographus a ipse prudenter à suo Gratiano recedit.

138 Glossographus à Gratiano subinde dissentiens.

139 Stylus Decreti Gratianei.

De stylo Decreti Gratianei quærere perridiculum foret; vt qui pro scriptorum quibus Gratianus vtitur plurimorū varietate non potest non esse summè varius. Atque scriptorum quidem horum omnium Catalogus ob oculos ponendus est accuratior multò pleniorq; quàm qui libris hactenus impressis inuenitur præfixus.

CATALOGVS AVCTORVM

vel auctoritatum quibus in suo Decreto *Gratianus fuit vsus pro inscriptionibus Capitulorū, distributus in quinque Classes hasce, Scripturam sacram veteris ac noui Testamenti, Canones Apostolorum, Pontifices Romanos D. Petri successores, Concilia tum œcumenica seu vniuersalia tum particularia, Scriptores alios quoscunque singulares tum Ecclesiasticos tum profanos; adiecta singulis temporum ratione, saltem rotundiore.*

140 Catalogus Auctorum Gratianeorum plenus & perfectus, in quinque distributus classes.

PRIMA *Classis Catalogi auctorum Gratianorum, Scriptura sacra veteris ac noui Testamenti.*

LEuiticus. *Prouerbia Salomonis.*
Psalmi. *Paulus Apostolus.*

Non

Non agitur hic de cunctis literarum sacrarum testimoniis huic operi insertis (quæ penè sunt innuberabilia, quorũque peculiarem tum Decreto Gratianeo tum Decretalibus prępfici Indicem cumprimis expediret, vt ex quo liqueret quomodo passim totam Scripturam interpretetur ipsamet Mater Ecclesia) sed solis de sacræ scripturæ testimoniis titulum vel inscriptionem capitulo cuipiam Decreti Gratianei dantibus.

141 Index locorum scripturæ Decreto Gratianeo explicatorum summè necessarius Ecclesiæ.

SECVNDA *Classis Catalogi auctorum Gratianeorum, Canones Apostolorum.*

CANONES APOSTOLORVM; quos & ipse Clemẽs Apostolorum discipulus & assiduus D. Petri comes atq; successor constitutionibus Apostolicis à se in octo libros redactis adiecit [a], per omnia tales, & quidẽ ad verbũ, quales à Gratiano nostro & ante Gratianũ ab omnibus aliis tum Grẹcis tum Latinis proferuntur scriptoribus. quorum quidem Canonum Apostolicorum solidissimam pete defensionem & explicationẽ ex Francisco Turriano duabus diuersis in commentationibus [b].

142 Canonum Apostolicorum defensio per Turrianũ.

TERTIA *Classis Catalogi auctorum Gratianeorum, Pontifices.*

ADrianus al. Hadrianus 780
Agapetus qui vixit anno Christi 535
Agatho 680

a mens in fi- libri 8. lis. Apost.

b 1. defen- sus pro Ca- nibus Apo- licis contra turiatores debur- es. Item in mmẽtariis libruꝫ 8. nstitutio- n Apostо- rum.

Alexander primus 125
Alexander secundus 1065
Anacletus 105
Anastasius primus 405
Anastasius secundus 499
Anicetus al. Anitius 170
Antherus al. Antherius 235
B Enedictus 578
Bonifacius primus 425
Bonifacius tertius 607
C Aius 280
Calixtus al. Calistus 215
Clemens primus 95
Cœlestinus primus 430
Cornelius 253
D Amasus primus 380
Deusdedit 615
Dionysius 270
E Leutherius 190
Euaristus al. Eucharistus 115
Eugenius primus 655
Eusebius 310
Eutychianus 277
F Abianus 240
Felix primus 275
Felix secundus 368
Felix tertius 490
Felix quartus 530
G Elasius primus 495
Gelasius secundus 1118
Gregorius primus 600
Gregorius secundus 720
Gregorius tertius 730
Gregorius quartus
Gregorius septimus
H Adrianus al. Adr
Higinus al. Igin
Hilarius
Hormisda
I Nnocentius primu
Innocentius secund
Joannes primus
Joannes tertius
Ioannes septimus
Joannes octauus
Iulius primus
L Eo primus
Leo quartus
Leo octauus
Leo nonus
Liberius
Lucius primus
M Arcellinus
Marcellus
Martinus primus
Milciades al. Melchi
N Icolaus primus
Nicolaus secund
P Aschalis al. Pas
cundus
Pelagius primus
Pelagius secundus
Pius primus
Pontianus
S Ergius
Siluerius

ilueſter 315
implicius al. Sulpitius 470
ixtus al. Xiſtus primus 130
ixtus tertius 440
ter al. Sotericus 175
oZimus 422
tephanus primus 260
tephanus tertius 755
tephanus quintus 817
ymmachus 500
yricius 400
T Eleſphorus 140
V Ictor 200
Vigilius 540
Vrbanus primus 220
Vrbanus ſecundus 1090
Z Acharias 745
Zepherinus al. Seuerinus 210
Zoſimus al. Siſinius al. Soſinus 707

QVARTA *Claſsis Catalogi auctorum Gratianeorum*, CONCILIA.

COnciliorum alia dicuntur œcumenica vel vniuerſalia ſeu generalia, alia particularia quæ partim ſunt prouincialia partim diœceſana. Vniuerſalia ſeu œcumenica Gratianus adfert in vniuerſum nouem; quot nimirum fuerant ad ætatem vſque ipſius celebrata: quæ ſunt hæc, ordine temporum. 143 Conciliorū diuiſio.

144 Quot ante Gratiani tēpora fuerint celebrata Concilia.

Concilia œcumenica.

1 NICENVM PRIMVM. temporibus Silueſtri PP. Coſſ. Paulino & Iuliano, & annis ſequentibus; anno videlicet 20 Imperij Conſtantini Magni, ſub annum Chriſti 330; contra Arrium, pro Chriſti diuinitate. Tomo 1 Concil.

2 CONSTANTINOPOLITANVM PRIMVM. quod plerũque ſimpliciter allegatur abſque numero. celebratũ temporibus Damaſi PP. & Imperatoris Theodoſij ma-

ioris. anno Christi 383. Syagrio & Eucherio Coss. cõtra Macedonium, pro Sancti, ſperitus diuinitate. Tom. 1. Concil.

3 EPHESINVM, ſub Cœleſtino Papa circiter annum Domini 430, tẽporibus Imperatoris Theodoſij ſecundi contra Neſtorium pro vna perſona Chriſti. Tom. 1. Concil.

4 CHALCEDONENSE, ſub Leone Papæ 1 temporibus Marciani Imperatoris anno Christi 454. & ſequentibus: contra Eutycherem vel Eutichen & Dioſcorum; pro duabus naturis & proprietatibus in Chriſto. Tom. 2. Concil.

Annotatiuncula.

145 Quattuor primorum Conciliorũ auctoritas inſtar Euãgeliorum.

Horum quattuor primorum Cõciliorum Oecumenicorum Decreta ſicut ſacrã Scripturam accipienda & eorum Canones vt leges obſeruandos eſſe profitetur etiam Iuſtinianus [a] noſter. Illud obiter hic obſeruabis, quinque reliqua Concilia œcumenica non ferè ſub locorũ deſignatione ſed per numerandi rationem à Gratiano, quemadmodum & ab aliis pleriſq; ſcriptoribus, allegari; nam reſpectu quattuor præcedentium Synodorum vniuerſalium, ſequentes appellantur *quinta Synodus, ſexta Synodus, ſeptima Synodus, octaua Synodus, nona Synodus.* De ſeptem Synodis œcumenicis primis extat libellus [b] cuiuſdã Pſelli; Pontificium ius Eccleſiæ Græcæ per

146 Allegatio Conciliorũ Oecumenicorum per numeros à quattuor illis primis.

147 Pſelli libellus de 7 Synodis.

per Balsamonem nobis exhibitum Synodorum octo œcumenicarum Canones complectitur, & nonnullarum Synodorum particularium; præter & vltra Canones Apostolorum & plurimorum doctissimorum sanctissimorumque Patrum singularium sententias vel dicta vel definitiones. 148 Ius Pontificium Græcorũ quænam comprehendat.

5 QVINTA SYNODVS, id est, Concilium Constantinopolitanum secũdum sub annum Domini 550 temporibus Vigilij Papæ & Iustiniani Imperatoris, contra Anthemium & Theodorum Mopsuestiæ Episcopum qui negabant D. Virginem esse Deiparam Græcè θεοτόκον. & contra Origenistas: pro confirmandis etiam quattuor œcumenicis Cõciliis præcedentibus. Tom. 2. Concil.

6 SEXTA SYNODVS, hoc est, Concilium Constantinopolitanum tertium; celebratum in Trullo palatio Imperatoris. temporibus Agathonis Papæ & Imperatoris Constantini quarti, sub annum Christi 680; contra Monothelitas. Tom. 2. Concil.

7 SEPTIMA SYNODVS, id est Concilium Nicenum secundum temporibus Hadriani Papæ sub Imperatore Constantino sexto & Irene matre, circiter annum Christi 780, contra Iconomachos ad retinendas in templis imagines; & contra Græcos pro sancti Spiritus processione à filio. Tom. Concil. 3.

8 OCTAVA SYNODVS, hoc est Concilium Constantinopolitanum quartum anno Christi 870, sub Adriano Papa secúdo, contra Photium Neophytum inuasorem sedis Constãtinopolitanæ & iterum contra Iconomachos. hic est Photius ille qui Nomocanonem scripsit & ius Pontificium apud Græcos in ordinem redegit (vt ex Theodoro Balsamone aliquet) & in gratiam Ecclesiæ Cathol. postea rediit. Tom. 3 Concil.

149 Photius Nomocanonis auctor.

9 NONA SYNODVS, hoc est Concilium Lateranense sub Calixto PP. secundo, circiter annum Christi 1120, contra Saracenos & Turcas pro recuperatione Hierosolymorum terræque sanctæ. hoc Concilium non extat in volumine Conciliorũ. Gratianus meminit 20.q.2.c.vlt.

150 Concilia particularia multa.

CONCILIA PARTICVLARIA; *quæ propter multitudinem, ne vel effugiant vel fatigent oculos inuestigantium, commodiùs recitabuntur ordine Alphabetico, notatis tamen temporibus quoad eius quidem fieri poterit.*

1 AGATHENSE in prouincia Massiliẽsi Gallica, temporibus Cœlestini PP. primi circiter annum Christi 430. Messala consule; qui tamen in fastis illorũ temporum non reperitur. tertio Idus Septẽb. volum. 1. Concil.

2 AGRIPPINENSE apud Vbios vel Colonenses, temporibus Iulij PP. 1, circiter annum Domini 350. Tom. 1. Concil.

3 ALTHEIMENSE, vel vt apud Gratianũ hodie

hodie a legitur apud *Altheum* al. Alpheū al. Alphesium al. Alphesum. præsente Cōrardo Rege. sed vitiosæ sunt omnes illæ lectiones, cùm legendū sit apud *Altheim*, quasi dicas, ex Germanico si trāsferas, *Vetus domicilium*; quod est oppidulum Rhetiæ, vbi celebratum fuit Conciliū hoc anno 5 Imperatoris Conrardi primi, sub Ioanne PP. 10 circiter annū Domini 916, vt liquet cùm aliundè tū ex Burchardo b qui pene totum hoc Concilium volumini suo sparsim inseruit. nulla huius Concilij in Conciliorum Tomis mētio. Facit huius mentionem Ioan. Auentinus lib. 4.

151 Vera lectio restituta.

4 ALVERNENSE, al. Aruernense al. apud *Aruernas*. temporibus Vigilij PP. primi circiter annū Domini 550. Tom. 2. Cōcil.

5 ANANETHENSE, cuius meminit Gratianus dist. 91. c. 2. nec in Tomis Conciliorū nec apud Chronographos hactenus inuenitur. legendum Nannetēse. ex collatione cum Iuonici Decreti parte 6. cap. 181.

ANCYRITANVM, al. Ancyranū vel (vt Pontacus in Chronologia) Anquiranum. temporibus Marcellini PP. sub annum Christi 300. Tom. 1. Concil.

ANQVIRENSE, quod in voluminibus Conciliorum non extat nisi quòd Surius idem putet esse cum Ancyrano. attamen Gratianus allegat quasi diuersum; quod fecit & Burchardus c auctor talibus in rebus diligentissimus. de tempore, si modò diuersum sit à præcedēti Concilium hoc,

a ipsit hæc Flor ante ni Corporis nonici Gre iani edi- em.

b rchardus rsim & ipuè lib. cap. 68.

c urchar. lib. o. cap. 1. ncto c. 5. et b. 17. c. 29. icto cap. 30

mihi nondum liquet. Gratian. c. Episcopi. 26. q. 5. Certè Synodus Ancyrana non habet illud cap.

Antiochenvm, sub Iulio PP. 1. circiter annum Domini 350. Tom. 1. Concil.

Antissiodorense, sub Deusdedit PP. circiter annũ Christi 616. Tom. 2. Concil.

Aphricanvm al. Africanũ circa tempora Bonifacij PP. primi, circiter annum Christi 425. Tom. 1. Concil. alij allegant Africanum cum adiectione numeri, alij simpliciter. ac videtur Africanum quartũ, potiùs esse Carthaginense quartum.

In Apvlia Vrbanetense sub Vrbano 2. circiter annum Christi 1090; quod non extat in voluminibus Conciliorum, vide j. Melphiense.

Arelatense primvm, temporibus Siluestri PP. & Constãtini Magni sub annum Domini 330. Tom. 1. Concil.

Arelatense secũdum Siluestri quoque temporibus paulò post primũ. Tom. 1. Concil.

Arelatense tertium tẽporibus Leonis primi sub Marciano Imperatore. Opilione & Vincomalo Coss. anno Christi 455. Tom. 1. Concil.

Avrasicense al. Auraſicum al. Arausicanum, sub Leone primo, temporibus Theodosij Iunioris, circiter annum Christi 450. Tom. 1. Concil. alij vocant *Aurisicanum* primum & secundum.

Avrelianense primum temporibus Hor-

Hormisdæ PP. & Clodoueï Regis Francorum sub annum Christi 520. Tom. 2. Concil.

AVRELIANENSE tertium tẽporibus Vigilij PP. sub Childeberto Rege Francorũ circiter annum Christi 553. Tom. 2. Cõcil.

AVRELIANENSE quartum temporibus Pelagij PP. 1. & eiusdẽ Childeberti Regis Francorum sub annum Christi 555. Tom. 2. Concil.

BELVACENSE al. Bellouacense anno Christi 1114. temporibus Paschalis PP. 2. quod licèt nõ extet in voluminibus Conciliorum, tamen præter Gratianum quædam ex Beluacensi Concilio sed vt videtur ex alio anteriore habet Burchardus [a] vt qui vixerit anno Christi 1020.

[a] 3. cap. 6.

BENEVENTANVM Vrbani Papę Gratianus quidem non nominat, sed ex eo est capitulum nullus in Episcopatum. dist. 60. vide Iuonem part. 5. c. 72.

BONIFACII tertij Concilium Romanum, cuius meminit Gratianus dist. 79. c 7. de quo vide j. *Romanum.*

BRACCARENSE primũ, vel (vt Burchardus vbique vocat) Braggarense; temporibus Honorij primi sub annũ Christi 625 Tom. 2. Concil.

BRACCARENSE secundum sub eadem tempora paulò post. Tom. 2. Concil.

BRACCARENSE tertium tẽporibus Vitaliani PP. sub ann. Christi 666. Tom. 2. Concil.

BYLO-

Bylonense, cuius nemo meminit præter Gratianum. fortassis idem cum sequemadmodum alibi apud Gratianũ Spalense legitur pro Hispalensi.

Cabilonense tẽporibus Eugenij PP. 1. sub annum Christi 653. Tom. 2. Concil.

Cabilonense secundum temporibus Leonis PP. 3. sub Carolo Magno, circiter annum Christi 800. Tom. 3. Concil.

Cæsaravgvstanvm circa tempora Hormisdæ PP. sub annum Domini 520. Tom. 2. Concil.

152 Caroli Magni Cõcilia quinque reformatoria.

Caroli Magni Concilium. celebrauit autẽ Concilia Carolus Magnus quinque reformatoria sicuti vocabantur; videlicet *Moguntinum, Remense, Turonense, Cabilonense secundum, & Arelatense tertiũ*, vt scribit Sigebertus; quæ extant omnia Tom. 3. Concil.

Carthaginense primvm tẽporibus Antheri PP. & D. Cypriani, sub annum Christi 235 vel vt alij putant sub Stephano PP. sub annum Christi 257. volum. 1. Concil. Quinimmò Concilio hoc non cõnumerato sed habito pro supernumerario, Laurentius Surius primum Concilium Carthaginense ponit sub Siluestro PP. paulò pòst, eod. Tom. 1. Concil.

Carthaginense secvndvm temporibus Siricij Papę anno Christi 398. Tom. 1. Concil.

Carthaginense tertivm tẽporibus eiusdem anno Christi 399. Tom. 1. Cõcil.

Car-

CARTHAGINENSE QVARTVM temporibus Anastasij Papæ sub annum Christi 400. Tom. 1. Concil.

CARTHAGINENSE QVINTVM temporibus iisdem anno Christi 401. Tom. 1. Concil.

CARTHAGINENSE SEPTIMVM temporibus Bonifacij primi anno Christi 420. Tom. 1. Concil.

CARTHAGINENSE OCTAVVM memorat Gratianus 11. q. 1. c. placuit. 10. quod capitulum alij tribuunt Mileuitano, Concilium hoc octauum Carthaginēse videtur idem esse cum Aphricano de quo Surius Tom. 1. Concil. vel potiùs idem est hoc Concilium Carthaginense cum Mileuitano; quandoquidem illic tantùm in capitulo 19. reperitur locus ille Gratiani, nō autem in Concilio Africano, itaque videtur error in vocabulo Carthaginēsis Cōcilij octaui. vide j̄ Mileuitanum.

CLAROMONTENSE al. Aluerniæ, sub Vrbano 2 circiter annum Christi 1090. quod Gratianus vocat Vrbanense Aluerniæ. dist. 90. desideratur in Tomis Cōcil.

COMPENDIENSE al. apud Compendiū. non extat in Tomis Concil. attamen meminit eiusdem non vno loco Burchardus lib. 8. cap. 71. lib. 9. cap. 42. lib. 11. cap. 12.

CONSTANTINOPOLITANA Synodus sub Nicolao 2 nō exprimitur quidem à Gratiano; attamen cap. 111. erga Simoniacos. 1. q. 1. inde sumitur. vide Iuonem part. 5. cap.

cap. 79. non fuit œcumenica.

Apud CONVICINIVM al. Conuicinũ tẽporibus Nicolai PP. 1. ſub an. Chriſti 86o. deſideratur in Tom. Cõcil. Gratianus meminit diſt. 10. c. 1. et ſuo par. 4. c. 86. et alibi.

Vide Nicolai huius Epiſtolã in Appendice Bibliothecę ſanctorũ Patrũ Sixti Senenſis.

EDVCENSE ſub Gregorio ſeptimo Gratianus allegat 19. q. 3. in princ. quod nuſquã reperitur. quodq; Gregorius 13. quoque perquirit pro editione Gratiani. ſed fortaſſis legẽdum eſt Heduenſe vel apud Heduos: quanquam nec illud vſquã reperiri puto. Decreti Gratianæi Editio noua nihil etiam illic notat.

EMERITENSE cuius meminit Gregorius 13 in epiſtola ad Epiſcopos Belgij ſcripta pro correctiore Gratiani editione. cuius tamen mentionem hactenus apud Gratianum non inuenio.

ELIBERINVM al. Elibertinum al. Elibertanum al. Eliberitanũ. In quibuſdam locis additur à Gratiano apud *Vermerium*, vt 31. q. 1. c. 6. temporibus Silueſtri PP. & Concilij Niceni ſicut exiſtimat rectè Surius Tom. 1. Concil. quia ſcribit idipſum Ioannes Belethus in Rationali diuinorũ officiorum cap. 120. ſub princ.

EPANENSE al. Epaunenſe al. Epaonenſe temporibus Gelaſij Papæ 1. ſub annum Chriſti 495. Tom. 2. Concil.

Apud EPHESVM præſente Rege Henrico, ponit Gratianus 15. q. 4. c. 2. cuius alius nemo meminit: meritò; quia legendũ eſt apud *Erphesfurt*; ſcribis omnia corrũpenti-

153 Vera lectio reſtituta.

pentibus. Equidem deprehendi Conciliũ hoc apud *Ephesum* à Gratiano vel Gratiani corruptoribus dictũ, prorsus idem esse cum eo quod apud Burchardũ frequẽter nuncupatur apud *Erphesfurt* cui interfuit Henricus Rex, & quod alij scriptores *Erphurdiense* Conciliũ nominant. Nam Gratiani locus ad verbũ desumptus est ex cap. 21. libri 13. Decretorum Burchardi, qui ex Concilio apud *Erphesfurt* illud adfert. celebratum fuit Cõcilium hoc temporibus Alexandri 2 præsente Henrico 4 Imp. sub annum Christi 1070. Auctor Lambertus Schafnaburgensis. Adfert & Iuo Carnutensis eundem Gratiani locum ex Concilio apud Erfphord celebrato part. 4. c. 53. Sanè D. Bonifacius Germanorũ Legatus & Apostolus in epistola sua ad Zachariã Pontificem hanc ipsam Erphurdiã testatur à Germanis tũc temporis appellatam fuisse Erphesfurt. vol. 3. concil. pag. 30.

EVGENII PAPÆ Concilium vide *1. Romanum* sub Eugenio.

FAVENTINVM al. apud Fauentiam. desideratur in Tomis Conciliorum. meminit huiusce Gratianus solus.

GANGRENSE sub Siluestro & Cõstantino Magno circiter annũ Domini 324. Tom. Concil. 2.

GENVENSE Gratianus adfert dist. 95. c. vlt. desideratur in Tomis Concil.

GERONDENSE, circa tẽpora Hormisdę PP. sub annũ Christi 529. Tom. 2. Concil.

HA-

HADRIANI al. Adriani Papæ Concilium, vide *7. Romanum.*

HILERDENSE al. Ilerdense, temporibus Symmachi PP. sub annum Domini 510. Tom. 2. Concil.

HISPALENSE al. Spalēse primum, temporibus Pelagij Papæ secundi sub annum Christi 580. Tom. 2. Concil.

HISPALENSE al. Spalense secundū temporibus Honorij Papæ 1. sub annū Christi 624. Tom. 2. Concil.

HIPPONENSE temporibus Siricij Papæ sub annum Domini 400. Tom. 1. Concil.

LAODICENSE QVARTVM al. simpliciter sine numero, & meliùs, cùm non nisi vnum illic reperiatur celebratū esse Concilium sub annum Christi 370 circa tempora Damasi Papæ. Tom. 1. Concil.

LEONIS CONCILIVM Gratianus allegat 16. q. 1. c. 63. Leonis primi Concilium Romanum quidē fuit aliquod celebratum, sed Surius id in Tomis Concil. nō habet; vti neque sequentia hæc, videlicet; Leonis quarti Concilium Romanum sub annum Christi 850; item Leonis octaui Concilii Romanum sub annum Christi 964; Item Leonis noni Concilium Romanum sub annum Domini 1050.

LVGDVNENSE al. Lugdense Gratianus ponit 35. q. 2. c. 19. Lugdunense primum celebrabatur sub Rege Francorum Guntramno, temporibus Pelagij Papæ 2. sub annum Domini 586. Tom. 2. Concil. Lugdunen-

gdunense secundum celebrabatur sub eadem tempora paulò pòst. Tom. 2. Cõcil.

MACIENSE, cuius meminit Gratianus quasi ex Isidoro 35. q. 2. & 3. c. 14. & Iuo parte 7. quod & Gregorius XIII perquirebat. fortassis idem cum Maticẽsi. locus idem reperitur can. 29. Concilij secundi Cabilonensis, & in can. 78. Cõcilij Wormatiensis. vide Decretum tandem ab eodem Greg. XIII reformatum.

MAGVNTIENSE al. *Maguntinense* al. *Moguntinense* al. *Maguntinum* al. *Moguntinum* al. aliter. temporibus Leonis PP. 3 & Imp. Caroli Magni anno Christi 813. Tom. 3. Concil. Item aliud Concilium Magontinẽse temporibus Hadriani PP. 3 & Imp. Arnolphi an. 888. Tom. 3. Cõcil.

MANETENSE, quod solus habet Gratianus fortassis errore scriptoris pro Nanetensi.

MARTINI *Braccarensis Episcopi cognomine Papæ*, de quo vide Classem catalogi quintam. hoc tamen loco facienda fuit eius mentio propterea quòd Gratianus omnia quæ ex hoc Martino allegat, quasi ex Synodo Martini Papæ semper alleget; cùm tamen illius Martini nullum fuerit Concilium nullâve Synodus; nisi quòd peculiari quodam libro Synodos Græcorum collegerit.

154 Cur Gratianus appellitet Synodũ Martini huius.

MATICENSE al. *Matiscense*, desideratur in Tomis Concil. cuius tamen præter Gratianum Burchardus a quoque meminit, vt

a 3. c. 150. alibi frequenter,

nit, vt & Iuo [a]. videtur idem cum Matisconensi ex præfatione Concilij Matisconensis primi. Tom. 2. Concil. pag. 678.

MATISCONENSE *primum*, temporibus Pelagij PP. 2. sub annũ Christi 680. Tom. 2. Concil. & *Matisconense secundum* paulò pòst sub eodem. Tom. 2. Concil.

Apud sanctum MEDARDVM anno Christi 853. Tom. 3. Concil. cui interfuit Hincmarus Archiepiscopus Remensis teste Iuone parte 6. c. 269. et Burchardo lib. 2. cap. 197.

MEDIOMATRICIS *Concilium*, cuius quoq; meminerũt Burchardus [b] & Iuo [c]; desideratur in Tomis Concil.

155 Vera lectio restituta.

MELCHIENSE al. *apud Melchiam.* al. & meliùs *Melphicum*, quod Gratianus videtur appellare *Vrbanense Apulia.* 35. q. 6. c. 4. & reuera ciuitas Malpheta (sicuti nũc dicitur) est in Apulia Peucetia, vulgò *terra Barri*, teste Dominico Nigro lib. 7. tit.

156 Apulia Daunia.

PEVCETIORVM TERRÆ SITVS; cùm Apulia Daunia nũc appellitetur Apulia plana. Ac licèt alij quidam ex Leandro Alberto Melpum vel Melci faciant oppidum Insubrum, tamen ex Gratiano probabilissimum sit, illud esse Malpheta illam Dominici Nigri; eò quòd Vrbanus PP. secundus ante annum Christi 1100 reperiatur apud Chronographos celebrasse Concilium quoddam in Apulia & quidem in ciuitate Melphi sicut in Vrbano 2 scribit Platina. desideratur in Tomis Concil.

MEL-

MELDENSE, temporibus Caroli Iunioris RegisFrancorum anno Christi 845. Tom.3.Concil.

MELPHIENSE. sic enim legendū re vera puto pro MELCHIENSI de quo s̄.

Apud MERECH al. *Marech*, cuius nemo meminit præter Gratianum.

MILEVITANVM, temporibus Innocētij PP. 1. Arcadio & Honorio V Conss. anno Christi 404. Tom.1 Concil.

NANNETENSE, quod in Tomis Cōciliorum Laurētius Surius Triburiēsi Cōcilio subijcit, incertus de tēpore. Tom.3.Cōcil.

NAVATENSE, desideratur in Tomis Conciliorum nec eius meminerūt Chronographi.

NEOCÆSARIENSE, sub annum Christi 320 temporibus nimirū Siluestri PP. sed ante Conciliū Nicenum. Tom.1.Concil.

PARISIENSE, temporibus Pelagij PP. sub annū Christi 550. Item *aliud Parisiēse* tēporibus Eugenij PP.2. sub Ludouico & Lothario Impp. circiter ann. Christi 825.

PLACENTINVM, *sub Vrbano* 2 circiter annū Christi 1090 quod Gratianus vocat *Vrbanense Placentiæ* dist.70. desideratur in Tomis Concīliorum.

REMENSE, temporibus Leonis PP.3.& Caroli Magni Imperatoris anno Christi 813. Tom.3.Cōcil. Burchardus dicit illud præsente Ludouico Imp. celebratū lib. 3. c.239. Item *aliud Remense* sub Leone PP. nono anno Christi 1050.

Romanvm *sub Bonifacio tertio* anno Christi 607. quod Gratianus appellat simpliciter Concilium Bonifacij PP. 3. dist. 79. c. 7. desideratur in Tomis Concil.

Romanvm *sub Eugenio* PP. temporibus Ludouici & Lotharij Impp. Surius in Tomis Conciliorum non habet neq; Chronographi meminêre.

Romanvm *sub Hadriano* al. *Adriano* PP. quod nusquam reperitur alibi neque sub Hadriano primo neque sub Hadriano 2 neque sub Hadriano 3 qui Gratiani tempora præcesserunt.

Romanvm *sub Leone*. vide s. Leonis Concilium.

Romanvm *sub Siluestro*, post Concilium quoque Nicenum sub annũ Christi 335. Tom. 1. Concil.

Romanvm *sub Stephano* PP. 3 anno Christi 755. cuius meminit Gratianus dist. 79. c. 3. & seqq. desideratur. In Tomis Cõciliorum.

Romanvm *sub Symmacho* vel vt Gratianus dist. 96. in princ. testatur, Symmacho Simplicio. qui locus Gratiani meritò suspectissimus est ex duplici nomine duorum Pontificum. sanè *Symmachus* nudè legendum videtur, qui sedit anno Christi 500. & seqq. aliquot; neque sub Simplicio vel Sulpitio Concilium vllum celebratũ reperitur: vbi sub Symmacho Concilia Romana sex fuerunt celebrata, quæ memorantur ordine Tomo Concil. 2.

Gratia-

Gratianus nunc *Synodum Romanam 3 sub Symmacho*, nunc aliam atque aliam *Romanam sub Symmacho*, nunc denique *Romanam sub Symmacho* simpliciter & absque numero profert.

ROTOMAGENSE, desideratur in Tomis Conciliorum neque reperitur hactenus apud Chronographos, attamen frequens est eius apud Burchardū quoque mentio.

SALEGVNSTADIENSE al. *Salegunti habitum*. dist. 76. c. 3. anno Christi 1123. cui interfuit Burchardus Wormatiēsis, temporibus Benedicti PP. 8 & Henrici 2 Imperatoris. Tom. 3. Concil. ex fine vltimi libri Burchardi.

SPALENSE al. & meliùs *Hispalense*. vide s. *Hispalense*.

STEPHANI PP. 3. vide s. *Romanum*, sub Stephano 3.

TANSIATENSE al. *Tansiacense* al. *apud Carisiacū*. 12. q. 2. c. 54. desideratur in Tomis Conciliorum neque meminerūt eius Chronographi. Sed editio Gregorij PP. XIII. varietatem notat lectionis & loca Burchardi ac Iuonis conformia. cap. est illic 55.

TERRACONENSE al. *Tarraconense*, temporibus Felicis PP. 3 sub annum Christi 490. Tom. 2. Concil.

TOLETANVM 1. *sub Anastasio* PP. tēporibus Arcadij & Honorij Impp. circiter annum Christi 404. Tom. 1. Concil.

TOLETANVM 2. temporibus Ioannis

PP. 2. sub annum Christi 533. Tom. 2. Concil.

Toletanvm 3 tẽporibus Pelagij PP. 2. sub annum Christi 580. Tom. 2. Cõcil.

Toletanvm 4 temporibus Honorij PP. 1. sub annum Christi 675. Tom. 2. Concil.

Toletanvm 7 temporibus Theodori PP. vel Martini PP. 1. sub annum Christi 646. Tom. 2. Concil.

Toletanvm 8. temporibus Martini PP. 1. sub annum Christi 650. Tom. 2. Concil.

Toletanvm 9. sub eadem tempora. Tom. 2. Concil.

Toletanvm 10. sub eadem tempora.

Toletanvm 11. temporibus Vitaliani PP. sub annum 660. Tom. 2. Concil.

Toletanvm 12. sub finem Pontificatus Agathonis PP. & principium Pontificatus Leonis 2. circiter annum Christi 684. Tom. 3. Concil.

Tribvriense temporibus Formosi PP. & Arnulphi Impp. ann. Domini 895. Tom. 3. Concil.

Tvronense in genere vel simpliciter, ex primo tamen nihil inuenitur allegasse Gratianus, quod celebrabatur sub finem Põtificatus Leonis PP. primi sub annum Christi 463. Tom. 2. Conciliorum nec è secundo Gratianus aliquid habet, quod celebrabatur sub annũ Christi 560. Tom. 2. Concil. Turonense tertium allegatur.

23. q.

23.q.5.c.21.celebratum temporibus Leonis PP. 3. & Caroli Magni Imp. sub annum Christi 800. Tom.3. Concil.

VALENTINVM al. *apud Valentiam* al. *apud Valentias sub Damaso* circitèr annum Christi 385. Tom.1. Concil.

VALVNTINVM Hispaniæ *sub Symmacho* PP. circiter annũ Domini 510. Tom. 2. Concil.

VALENTINVM *Gallia* anno Christi 855. Tom.3. Concil.

VASENSE al. *Varense* temporibus Leonis primi *sub Theodosio Iunore Imp.* Dioscoro consule anno Christi 444. Tom.1. Concil. alij legunt VALENSE 1. & 2.

Apud VERMERIAM al. *apud Vermerias* cui interfuit Rex Pipinus. 29.q.2.c.4. desideratur in Tom. Cõcil. neque Chronographi meminerunt. attamen frequentia ex eo testimonia sunt & apud Gratianum & apud Iuonem & apud Burchardum. De Pipino præterea scribit Sigebertus in suis Chronicis ad annum Christi 766. in hæc verba; *In præsentia Pipini Regis inter Græcos & Romanos celebrabatur Synodus de sancta Trinitate & de Sanctorum imaginibus*, ad quem tamen annum ab aliis Chronographis Concilium *Gentiliacum* ponitur: sed nihil vetat quo minus plura diuersis locis celebrentur eodem anno Concilia particularia; nec est verisimile Græcos & Romanos ad celebrandam Synodum in Gallias profi-

157 Gentiliacũ vel Nobiliacum.

 ciſci

ciſci voluiſſe ac non potiùs ad locum aliquem conuenire medium; niſi fortè Pipini Regis cõmoditati ſtuduerint hac in re, quod fieri potuit. Obiter addo, S. Vedaſti monaſterium apud Attrebatẽſes præ nobilitate ſui olim Nobiliacum fuiſſe nuncupatum, ſicut ex eiuſdem Diui Vedaſti patet a vita.

VRBANENSE *Aluerniæ ſub Vrbano* PP. 2. diſt. 60. vide s̃. *Claromontenſe.*

VRBANENSE *in Apulia* 35. q. 6. c. 4. vide s̃. *Melchienſe & Melphienſe.*

VRBANENSE *Placentiæ* diſt. 70. vide s̃. *Placentinum.*

VRBICVM, de conſecrat. diſt. 2. c. vlt. allegatur & à Burchardo frequenter & ab Iuone. deſideratur in Tomis Concil.

WARMATIENSE al. *Wormatienſe* al. *Guarmatienſe* anno Chriſti 868. temporibus Hadriani PP. 2. ſub Ludouico Rege. Tom. 3. Concil.

QVINTA CLASSIS CATALOGI *auctorum Gratianeorum Scriptores alij ſingulares partim Eccleſiaſtici partim etiam prophani.*

ALCVINVS al. *Albinus* præceptor Caroli Magni diſcipulus venerabilis Bedæ; clarus fuit anno Chriſti 800

Ambroſius 400

Anaſtaſius bibliothecarius 860

Anaſtaſius Patriarcha Felici papæ. 9. q. 3. c. 11. & ſeq.

Apoſ

Apollonius dist. 3. & 5. de consecrat. sub annũ Domini 180. 190. 200. siue qui contra Montani hæresin scripsit, siue qui pro fide Christiana Apologeticum; si tamen diuersi sint hi duo (sicuti Tritthemius a existimat) auctores, & nõ vnus idemque.

Athanasius 350 *Augustinus* 400

Authenticæ 550

B *Asilius* 380 *Beda* 700

Benedictus Abbas 540. sunt qui putent attigisse 600

Berengarius hæreticus attamen sæpe resipiscens. 1050, 1060. vide c. Ego Berengarius. de consecrat. dist. 2.

Bonifacius martyr Apostolus & legatus Germanorum 750

Brocardus & *Brocardica* vide nomen sequens *Burchardus*.

Burchardus Episcopus Wormatiensis, quem nationes exteræ. i. non Germanicæ corrupto nomine passim vocant *Brocardum*; cuius idcirco Decretũ libris 20 comprehensum sub vocabulo *Brocardicorum* plerunque profertur in medium; testimoniis nunc ex *Brocardicorum* lib. 19, nunc ex aliis quibusdam libris *Brocardicis*, quasi dicas libris *Burchardicis* vel *Burchardi*, productis. Floruit anno Christi 1120. 158 Brocardus & Brocardica quid.

Quod autem de *Brocardo Brocardicisq;* dixi, liquidò patet ex *Brocardicorum* à Gratiano & à Gregorio nono quoque allegatorum cum libris *Burchardicis* collatione: tibi sufficerit vel vnicum in præ-

 sentia

a *suo de Scriptoribus Ecclesiasticis*

sentia cap. *In nomine Patris.* dist. 73. collatum cum libris Burchardicis, ne singula nunc in comparationem deducamus capitula quæ sub *Brocardicorum* nomine desumpsit ex *Burchardo* Gratianus vel etiam Gregorius nonus, vt mox in disputatione de Decretalibus videbitur.

159 Capitularia quæ.

Capitularia, qui sunt libri legum Francicarum à Carolo Magno sancitarũ, quæ & extant nunc vnà cum lege Salica & legibus aliis plurimis populorum diuersorum Carolo Magno parẽtium, quin & ipse Gratianus aliquando *Capitularia Caroli Magni* nominat. 11. q. 1. c. 36, imperauit Carolus Magnus anno Christi 800 & præcedentibus. Capitularia vocat eas leges Gratianus, eo quòd breuissimis quibusdam capitulis de personis & rebus Ecclesiasticis quoq; multa Carolus illic præclare cõstituerit. vide Iuonẽ part. 4. c. 174.

Capitula Caroli & Ludouici, leges itidẽ sunt eiusdẽ generis ab his duobus Imppp. latæ. Gratianus dist. 63. c. 34. & 2. q. 3. c. 8. & 16. q. 1. c. 60.

Cassiodorus 500 (auctore.
Chronica Imperatorum 6. q. 7. c. 15. incerto
Chrysostomus 380
Clerus Romanus dist. 50. c. 27.
Codex Iustiniani 534
Codex Theodosianus 11. q. 1. 390
Constantini priuilegium iisdẽ temporibus.
Cõstitutiones Nouellæ Iustiniani 2. q. 1. 550
Cyprianus 250

Cyril-

Cyrillus Alexandrinus. 230
Didymus Alexandrinus 390
Digesta 532
Diurnus liber. dist. 16 c. 9. incerto auctore.
Ecclesiastica historia multiplex.
Ennodius dist. 40. c. 2. 500
Eusebius Pamphili 330
Eusebius Emissenus 350
Gesta Romanorum Pontificum incerto auctore.
Gratianus ipse 1160
Gregorius Nazianzenus 380
Henricus primus Imperator 930
Hermes. 34. q. 2. c. 6. temporibus Apostolorum.
Hieronymus 400
Hilarius. de Consecrat. dist. 2. c. 82. 330
Hincmarus al. *Hucmarus* al. *Igmarus Archiepiscopus Remensis.* 2. q. 4. c. 17. temporibus Nicolai PP. 1. vt ex eiusdem Nicolai Decretis liquet 860
Honorius Imperator 400
Institutiones Iustiniani 533
Isidorus 640
Isichius al. *Hisichius* al. *Ysichius* 390
Ino Carnutensis 1100
Iustinianus Imperator 550
Ludouicus primus Imperator. dist. 63. c. 30.
Martinus Braccarensis episcopus cognomine Papa qui Synodos Græcas collegit 630
Nouella 550

Ordo

ORdo Romanus. dist. 75. cap. 6. & alibi incerto auctore.
Origenes 25
Otto primus Imperator 95
PAulinus 39
Paulus Iurisconsultus 220
Petrus Episcopus, absque loco, vel cognomine.
Pœnitentiale Bedæ 70
Pœnitentiale Romanum, incerto auctore.
Pœnitentiale Theodori Cantuariensis 680
Pontificalis liber, incerto auctore.
Prosper 45
RAbanus Maurus 85
SMaragdus Abbas 95
THarasius Constantinopolitanus. 1. q. 1. c. 21. temporibus 2. Synodi Nicenæ sub annum Domini 780
Theodorus Cantuariensis Episcopus 680
Theodosianæ leges vel Codex Theodosij vel Breuiarium Alarici cum Annotationibus Aniani 500. vide s. Codex Theodosianus.
Tripartita historia 500
VLpianus 220

ANNOTATIO.

Ex hoc quintuplici Auctorum Gratianeorum Catalogo perspicuum fit quàm multis abundauerit libris atque voluminibus Gratianus vel certè Burchardus & Iuo ex quibus multa deprompsit hic non sterc-

ſter: Quorum quidem librorum pars magna temporibus his non reperitur; vt ambigere meritò quis poſſet, vtrũne ſit magis gaudendum fragmenta nobis hęc eſſe per Gratianum ſeruata, quaſi quaſdam diſperſas naufragij tabulas, an potiùs deplorandum quòd per huiuſmodi rhapſodias auctores ipſi negligentiùs adſeruati fuerint. Sic enim propter Iuſtini compendium periit nobis ipſe Trogus Põpeius: ita propter L. Flori epitomẽ periit bona pars ipſius Liuij: ſic propter Iuſtiniani digeſtionem ſelectionemq́ue periẽre tot inſignes Icⁱ: ſic denique multi perierũt auctores optimi propter aliorum ex ipſis compendiola. Quantò ſatius fuiſſet Iſidori Hiſpalenſis exẽplum ſequi & omnia omnium & Pontificum & Conciliorum integras ponere deciſiones; idq́ue iuxta ordinem fere temporum! dico fere; quia poſt recenſitos Apoſtolorũ Canones primorumq́ue Pontificũ Romanorum qui vſque ad Magnum Conſtantinum vixẽre Decreta, deinceps interſerit Concilia Iſidorus, ordine quidem temporum quoad ſingulas nationes, at Orientalibus primùm, deinceps Africanis, hinc Gallicis, ac poſtremò deniq; poſitis Hiſpanicis; Romanorum verò Pontificum Conſtantini Magni tempora ſequẽtium Decretis ordine ſuo. i. temporum ſubſequentibus vſque ad S. Gregoriũ PP. ſub quo vixit Iſidorus; vnà cum pauculis aliunde poſt Iſidorum

160 Librorum veterũ clades per Abbreuiatores atq; Rhapſodos.

161 Optimus Iſidori conatus à poſteris male neglectus, & quiſnam ſit eius ordo.

dorum decerptis atque depromptis, & quasi pro coronide superadditis, vti mox apparebit ex totius Isidorici Decreti Titulis iustoque Catalogo. Qua ratione factum fuisset vt præter ius ipsum Pontificium tali modo lõgè plenissimum atque perfectissimum, plenissimam quoque & perfectissimam haberemus historiam Ecclesiasticam. Per indices autẽ titulorum, ferè talium quales nunc sunt in Decretalibus, consuli potuisset cõmoditati quærẽtium quid, & omnia quæ sunt eiusdem argumenti sub vnum conspectum videre desiderantiũ. Nunc opus habemus (quod vt triste sic præposterum est) vt ex riuulis aqua suppeditetur fontibus; vbi contrà fontes ipsi perenniter aquam debebant subministrare riuulis.

162 Index quidã præclarus ad singulos auctores referens omnino singula valde foret vtilis.

Quodsi Catalogus hic meus nunc ita deinceps locupletaretur, vt sua quibusq; per omnes quinque Classes auctoribus redderentur quæcunque Gratianus delibauit, ac præcipuè Pontificum Constitutiones, vel Decretales epistolæ, atq; Conciliorum Decreta, notatis vbique numeris capitum in quibus auctores ipsi siue Pontifices siue Concilia ponunt vnumquodque (qua in re satis diligentes fuerunt omnes hi tres, Burchardus, Iuo, Gratianus) maximum profectò conferret huiusmodi labor præsidium ad pleniorem omnium præcipuè Conciliorum editionem; quæ libris quoque manuscriptis, &

163 Conciliorũ locupletatio.

Conci-

Conciliis plurimis pòst celebratis, facilè quinti vel etiam sexti seu Tomi seu voluminis accessione posset adornari & augeri. Laborauit in simili singulorum ad singulos auctores referēdorum genere quidam Labittus,& vtilissimè quidem laborauit, vt qui per indicem quendam copiosissimum singula singulis reddidit auctoribus quęcunque sunt in π.Iustiniani: sed in vniuerso iure Pontificio labor huiusmodi multò foret adhuc vtilior.

CAPVT TERTIVM

De Ordine & Arte deq; Auctoribus Decretalium Gregory noni, Sexti, Bonifaciani, Clementinarum & Extrauagantium.

164 De ordine Decretalium.

SVPEREST vt breuissimè tandem dicamus de ordine Decretalium Gregorij noni, moxque deinceps catalogum simul auctorum & auctoritatū quibus hic vtitur Gregorius nonus adnectamus.

165 Auctor ordinis Decretalium.

Primus igitur inuentor Ordinis in Decretalibus obseruati fuisse videtur Bernardus ille Papiensis qui post Gratianum primus etiam repertus est epistolarū Pontificum decretalium compilator. Is cùm probè nouisset, ius omne rebus agendis & vsibus potissimùm forensibus accommodari, prudenter ad ordinis iudiciarij rationem respexit in libris hisce Decretalium disponendis; motus exemplo

plo tum π. tum Codicis Iustiniani Imperatoris, qui tamen & ipse Saluium Iulianum [a] in Edicto illo perpetuo ducem habuit. Quin & priuatus quilibet litigaturus, primum & ante omnia solicitus [c] de rebus quibusdam litem præcedētibus; deinde de lite ipsa quæcunque tandem illa fuerit ordine competenti pertractanda cauteque deducenda; postremò denique de rebus quibusdam iudiciū ipsum consequentibus: quemadmodum pleniùs ostendimus alio loco [b]. Præcedunt nempe semper iudiciū quodlibet seu litē quamlibet cogitationes de bonitate causæ seu litis mouendæ, de iudice, de personis omnibus aliis administris, & id genus aliis [c]. Causæ iudiciales ipsæ seu lites ipsæ, tanquam iudiciorum omnium subiecta quędam & materiæ, duorum præcipuè sunt generum; quædam enim sunt pecuniariæ vel Ciuiles vel (si malis ita loqui) controuersiarum direptoriæ, quædam verò criminales. Ordo tamen iudiciarius [d] in vtroque causarū genere multis regitur præceptis cōmunibus. Causæ ciuiles partim solorum sunt Clericorum propriæ, velut Ecclesiastica beneficia, partim tum Clericorum tum Laicorum simul & ex æquo communes, vt contractus, testamenta, sacrorum vsus, (quæ quidem duo causarum ciuilium genera quasi vmbilicum horum quinque librorum constituunt [e]) partim denique solorū sunt Laicorum peculia-

166 Ordinis ratio.

167 Vniuersalis Decretaliū partitio sup partitioq;.

res ac propriæ, quales esse constat Causas matrimoniales [a]. Criminalibus in postremum relegatis meritò locum [b]. Consequũtur postremò causarum quarumcunque disceptationem, Sententię; quæ & in rem iudicatam abeunt, nisi mox interponatur Appellatio: qua tãdem cessante, nihil aliud expectandum restat præter executionem; quæ quidem sicut in ciuilibus causis ad varios refertur effectus, ita in criminalibus multipliciũ pœnarum spectat inflictionem. Quod autem ad extremum hi duo tituli, de verborum videlicet significatione deq; Regulis iuris, pro coronide quasi supernumerarij subijciantur, exemplo quoque fit Pandectarum. Vides quàm & naturę conuenienter & honestati congruenter & ad quærendi vel ad manum habendi commoditatem luculenter institutus in vniuersum fuerit hic ordo. Naturæ dico tum iudiciorum quorumcunque tum solicitudinis atque curæ qua tangitur homo quilibet iudicium ingressurus. Honestati dico præmittendorum vbique potiorum inferioribus, vt diuinorum humanis, Clericorũ Laicis, ciuilium criminalibus. Commoditati dico suo vnumquodque loco & in prõptu habere desiderantium, siue de summis quæratur Capitibus iuris Pontificij siue de singulis membris siue de vniuerso ordinis iudiciarij decursu. nõ potuisset profectò melior ordo vel optari quidem, postquam semel

168 Ordo tum naturæ rerum tũ honestati cõgruens in Decretalibus, isque cõmodissimus.

[a] *quo totus 4. Decretalium.*

[b] *quibus toto. liber 5. Decretaliũ.*

169 Plurimos ordinē Decretaliū ſecutos eſſe.

ab Iſidori fuit inſtituto conſilioque receſſum. Certè placuit hic ordo tantopere multis poſterioribus & legumlatoribus & iudicibus & ſcriptoribus priuatis, vt eundem ſibi quoque religioſiſſimè putauerint obſeruandum: cuius rei ſunt argumento libri reliqui noſtri, Bonifacianus, Clementinus, Extrauagantes, Deciſiones Rotæ, Deciſiones Caſſadori, Summa quæ dicitur Aſtaxani, ſimiliaq; id genus. Equidem pluſquam ridiculos eſſe reor homines iſtos qui de noua ſunt arte iuris Pontificij vehementer admodum ſoliciti.

170 Ridiculi nouæ Pontificij iuris artis ſomniatores.

171 Singulorū Ordo librorum.

Quàm verò pulchrè cũcta quoque cohæreant ſingulis in Decretalium libris, mox apparebit ex Decretalium Paratitlis. De ſingulorum namque titulorum ordine nihil eſt opus monere; cùm temporis ordo ferè ſeruatus eſſe deprehendatur, ſicut & in ſingulis titulis Iuſtinianei Codicis. quanquam certè paucis in Decretalium locis ordo temporum aliquantulum turbatus inuenitur; vt vbi ſubinde nunc Gregorius nũc etiam Burchardus Auguſtino præponitur, & (in quo minus peccatur) Auguſtinus Hieronymo. Titulus eſt inſcriptio cuiuſque nouę materiæ, qui multis diſtinguitur capitibus. quẽadmodum videre eſt in omnibus ac ſingulis noſtri & Ciuilis quàm Põtificij iuris voluminibus. Græci ſcriptores (quod obſeruatu dignißimum eſt) nouum quoque Teſtamẽtum IESV Chriſti ſuis diſtinxêre titulis, ſingulosque

172 Singulorū Ordo Titulorum.

173 Præpoſtera ſubinde recitatio ſcriptorum.

174 Titul⁹ quid ſit hoc loco.

gulosque titulos in sua partiti sunt seu capitula seu capitella. Nam teste Suida[a], τίτλος διαφέρει κεφαλαίου. καὶ ὁ μὲν ματθαῖος ἔχει τίτλους ξή, κεφάλαια τνέ. ὁ δὲ μᾶρκος τίτλους μή, κεφάλαια λ'ς. ὁ δὲ λουκᾶς τίτλους ωγ', κεφάλαια τμή. ὁ Ἰωάννης τίτλους ιή, κεφαλαια σλϑ'. hoc est; Titulus à capite differt. ac Matthæus quidē Titulos habet sexagintaocto, Capita trecenta quinquagintaquinque; Marcus Titulos quadragintaocto, Capita trigintasex; Lucas Titulos octuagintatres, Capita trecenta quadragintaocto; Ioannes Titulos octodecim, Capita ducenta trigintaduo. vbi mēdum videtur esse in numero Capitū S. Marci, dum proportio Titulorum & Capitum cæteris in Euangelistis consideratur.

[a] Suid. in voc. τίτλος.

175 Noui Testamenti in Titulos & Capita distinctio Græcorū.

176 Titulus à Capitulo quatenus differat, Suidæ.

CATALOGVS AVCTORVM *& auctoritatum quibus vtitur in Decretalium libris Gregorius nonus.*

177 Catalogus Auctorum ex quibus collectæ sunt Decretales, distributus in Classes 5.

PRIMA *Classis Catalogi Gregoriani Scriptura sacra.*

EXodus lib. 5. tit. 12. c. 1. & tit. 16. c. 1. & tit. 18. c. 1. & tit. 36. c. 1. & seqq.

Prouerbia Salomonis.

SECVNDA *Classis Catalogi Gregoriani Canones Apostolorum.*

Canones Apostolorum lib. 5. tit. 27. c. 1.

TERTIA *Classis Catalogi Gregoriani Pontifices.*

ALexander tertius 1180

Bonifacius absque numero.

Clemens 2. 1047

Clemens 3. 1190
Cœlestinus 2. 1144
Cœlestinus 3. 1195
Deodatus al. *Theodorus* al. *Deusdedit.* 615
Eugenius absque numero.
Eugenius 3. 1150
Felix primus. 275
Felix absque numero.
Gelasius absque numero.
Gregorius Magnus. 600
Gregorius absque numero.
Gregorius tertius. 730
Gregorius septimus. 1080
Gregorius octauus. 1187
Gregorius nonus ipse qui compilauit hos libros Decretalium 1230
Hadrianus absque numero.
Honorius 3. 1220
Honorius 4. 1285
Error in Honor. 4. vt qui Gregorium 9. tanto interuallo secutus est.

Hormisda.
Innocentius secu
Innocētius tertius c
gna pars Decre
Ioannes absque nu
tit. penult. c.1.
Leo primus.
Leo sine numero.
Leo tertius.
Leo quartus.
Lucius absque nu
Lucius tertius.
Nicolaus primus
sulta Bulgarorū
inter cætera alleg
tit.12.c.1.
Nicolaus absque n
Paschalis absque
Paschalis secundus.
Pius absque num
Stephanus absq
Symmachus.
Vrbanus absque
Vrbanus quartus.

Qvarta *Classis Catalogi Gregoriani, Concilia.*

Africanum primum lib.1.tit.35.c.1. v
de s̃. Carthaginense 1. in Catalogo
Gratianeo.

Agathense lib.3.tit.41.c.1.& lib.4.tit.
c.1. & lib.5. tit.25. c.1.& tit.34. c. 2. vid
s̃. ibidem.

Alber-

Altheimense quod corruptè scribitur nunc *Althense* nunc *Althenen.* nunc *apud Altheum.* nunc *apud Alichium.* vide ibidē.

Aluernense lib.3. tit.17.c.1. vide ibidē.

Apud *Alumnias* al. *apud Valentiam.* vide s. *Valentinum.*

Antiochenum lib.5.tit.27.c.2.vide s.in Catal. Gratian.

Arelatense sine numero lib.1.tit.11.c.7. & lib.4. tit.3. c.1. & lib.5. tit.17. c.3.

Aurelianense sine numero.toto titulo de Clerico venatore. & alibi.

Beluacense al. *apud Beluacum.* lib.3. tit. 14. c.1. sub Paschali 2. quem vide s.

Cantuariēse lib.3.tit.22.c.1.sub Nicolao 3.sub annum Christi 1280.quāquam debuit aliud fuisse antiquius, cùm Nicolaus 3 diu Gregorium nonū fuerit subsecutus.

Carthaginense sine numero.

CHALCEDONENSE lib.2.tit.2.c.1. vide s. in Catalogo Conciliorum œcumenicorum ex Gratian.

Apud *Compēdium* lib.2.tit.9.c.1.& lib. 3.tit.43. c.1. vide s. Catal. Gratian.

Eugenij Papæ sine numero.lib.2.tit.1.c. 2. vide s.ibidem.

Apud *Guarmatiam* vide *Wormatiense.* ibidem.

Joannis PP.Synodus lib.3.tit.penul.c.1.

LATERANVM simpliciter.

LATERANVM *sub Alexandro 3.* 1178

LATERANVM *sub Innocentio 3.* 1015

Leonis 3. lib.3. tit.4. c.3. 800

Lugdunẽse quartum, suspectus mihi numerus. quanquam primum & secundum Concilia Lugdunensia sunt apud Surium Tom. 2. pag. 677. & 680. & alia tria Lugdunensia Decretalibus posteriora fuêre celebrata sub tribus hisce Põtificibus, Innocent. 4. Greg. 10. Bonif. 8.

Macien se al. *Maticense* al. *Matiscoñs* lib. 5. tit. 6. c. 1. vide Catal. Gratian.

Maguntinense al. *Moguntinense* al. *Maguntinum* al. *Moguntinum*. vide s̃. ibidẽ.

Apud sanctum *Medardum* lib. 2. tit. 3. c. 1. & tit. 20. c. 1. vide ibidem s̃.

Mediolanense lib. 3. tit. 38. c. 1. temporibus Liberij PP. sub annum Christi 360 vide Catalogum Conciliorum ex Tomis quattuor Surij.

Meldense al. *apud Meldam* lib. 4. tit. 13. c. 1. & lib. 5. tit. 17. c. 1. & 34. c. 3. & seq. vide Catal. Gratian.

Apud *Metiam* al. *Med.* al. *Meldam* lib. 4. tit. 13. c. 1. fortasse *Metense* de quo Surius Tom. 3. pag. 551. Confer.

Nannetense lib. 3. tit. 29. c. 2. vide Catal. Gratian.

Parisiense lib. 2. tit. 2. c. 2. & lib. 5. tit. 16. c. 4. vide s̃. ibidem.

Pictauiense al. *Pictauense*. lib. 1. tit. 14. c. 1. & tit. 17. c. 1. & lib. 3. tit. 1. c. 2. Nullã huius Concilij apud scriptores alios hactenus inuenio mentionem. Eius tamen Capitula fuerunt in prima Decretaliũ Compilatione.

Ravn-

Rauennæ Synodus habita sub Leone sine numero al. *Romæ* à Ioanne 12. lib. 1. tit. 24. c. vlt. al. *Joãnis papæ* sine numero Synodus allegatur lib. 1. tit. 31. c. 1. & lib. 3. tit. 49. c. 1. Ioannes PP. 12. vixit anno Christi 960

Remense lib. 3. tit. 21. c. 1. & tit. 25. c. 4. vide Catal. Gratian.

Sardicense. vide Catal. quatuor Tomorum Concil. à Surio editorũ. Tom. 1. pag. 410. temporibus Iulij PP. 1. sub annum Christi 350

Apud *Siluanectum* lib. 3. tit. 13. c. 5. & tit. 19. c. 1. & 3. c. seq. meminit huius etiã Burchardus. apud alios hactenus nihil huius inuenio, præterquam hic.

Toletanum sine numero.

Triburicense al. *Triburiense*. vide Catal. Gratian.

Turonense sub Alexand. 3. c. 3. ne Cler. vel monach. secul. neg. se immis. & alibi.

Apud *Valentiam* al. *Alumnias* lib. 3. tit. 17. c. 1. vide *Valentinum* in Catal. Gratian.

Apud *Warmatiam* al. *Guarmatiam* al. *Warmatiense* al. *Wormatiense*. al. *apud Vermerias* lib. 3. tit. 39. c. 1. & lib. 4. tit. 19. c. 1. & tit. 20. c. 1. Consule Catal. Gratian. s̃.

QVINTA *Classis Catalogi Gregoriani Scriptores alij singulares.*

Augustinus lib. 1. tit. 2. c. 3. cum seq. & lib. 3. tit. 39. c. 2. & lib. 4. tit. 4. c. 1. & lib. 5. tit. 1. c. 9. & tit. 7. c. 3. & tit. 12. c. 3. &

tit. 20. c. 1. & tit. penult. & vlt. anno Christi 400.

Beda lib. 5. tit. vlt.

178 Brocardica & Brocardus.

Brocardica & *Brocardus* corruptè. pro *Burchardicis* libris & *Burchardo*. cõfer inter cætera cap. *Accusasti*. de Accusat. quod est lib. 5. tit. 1. c. 8. cũ capite quinto. §. *Accusasti*. lib. 19. Decreti Burchardici. vide Catal. Gratian.

179 Capitularia.

Capitularia sunt Caroli Magni leges, nam alioqui Capitularia videntur vocari Statutorum libri vt lib. 5. Decretaliũ tit. 39. c. 49. vide Catal. Gratian.

Chrysostomus lib. 5. tit. vlt. 380

Corpus Canonum. incerto auctore, nisi sit Isidori Decretum, sicuti probabilius videtur.

Hieronymus. lib. 1. tit. 2. c. 5. (quem tamẽ locum Hieronymi non esse docet Melchior Canus lib. 5. locor. Theol. c. vlt. ad arg. 6.) & lib. 2. tit. 23. c. 9. & lib. 3. tit. 3. c. 1. & lib. 5. tit. 12. c. 4. & tit. 19. c. 4. & tit. penult. & vlt. 400

Hilarius. lib. 5. tit. penult. 330

Isidorus. lib. 4. tit. 2. c. 3. & lib. 5. tit. penult. c. 9. & seq. 640

Ordo Romanus. lib. 1. tit. 23. c. 1. incerto auctore.

Pœnitentiale Theodori Cantuariensis. lib. tit. 18. c. 3. & tit. 21. c. 1. vide j. *Theodorus Cant.*

Pœnitentiale Romanum. lib. 5. tit. 12. c. 2. & tit. 36. c. 6. incerto auctore.

Theod-

Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus natione Græcus, qui scripsit illud pœnitentiale. vide Tritthemium, qui testatur illum obiisse anno Christi 690.

ANNOTATIO *ad Catalogum auctorum Gregorij noni.*

Illud fortè miretur quispiam cur cùm non epistolæ tantùm Decretales Pontificum libris hisce Gregorij noni proponãtur verum etiam Scriptorũ sacrorum genus omne, nõ secus ac in Decreto Gratianeo, nihilominus tamen solarum nomen Decretalium fuerit inditum libris iisdem. sed meminisse par est, non ineptè visum fuisse Decretalium cõpilatoribus à Principaliori nomen indere: sunt enim duplò plures & amplius in his libris epistolę solorum Pontificum Decretales, quàm sint omnes auctoritates reliquæ simul in vnũ iunctæ, præsertim Conciliis duobus Lateranensibus ad Alexandrum tertium & Innocentium tertium relatis, vt qui suas Constitutiones in iisdem Cõciliis approbare voluerint. apud Gratianũ contrà lõgè plura sunt Conciliorũ Decreta quàm Põtificum Cõstitutiones vel Decretales epistolę. nomẽ igitur vtriq; volumini suũ satis aptũ. Nę stolidũ prorsus est hominũ quorundam crassissimorũ eorundemque nequissimorũ iudiciũ, qui licèt vniuersa contemnant ac pro nihilo ducant Ecclesiastica iura, præcipuè tamẽ scurrili nescio

180 Cur decretales vocẽtur hi libri potiùs quã Decreta vel Decretum.

181 Par omnino tum ratio tum auctoritas Decretaliũ cũ Decreto, immò maior Decretaliũ quàm Decreti.

quo scommate dicterióve Decretales prę Decreto despuunt atque proculcãt; quasi verò vel non par esset vtriusque voluminis per omnes auctorum & auctoritatum Classes ratio, vel posteriora iura prioribus plerunque non essent potiora & exactiora. Cæteri libri nostri, nimirum Bonifacianus, Clementinus, Extrauagantes, auctorũ Catalogo vix indigent, cùm sint & Classis duntaxat vnius, Pontificũ nempe solorum, & verò Pontificum perpaucorũ, quos ordine successionis obiter apponamus. Nam tametsi plurima sint Cõciliorum trium Lugdunensium (quæ videlicet sub tribus his Pontificibus Innocentio 4. Gregorio 10. Bonifacio 8. celebrata fuerunt) in libro Bonifaciano, plurima item quinimmò pleraque sint Concilij Viennensis (cui pręfuit Clemẽs quintus) in libro Clementino, tamen Pontificibus illa tribuũtur hic omnia non Conciliis ipsis, eo quòd Põtifices hi quattuor exemplo Alexandri tertij & Innocentij tertij suas omnes reliquas constitutiones in Conciliis illis approbauerint eademq; opera Cõciliorum simul illorum Decreta suis approbationibus omnino sua reddiderint. nec immeritò, quandoquidem cuncta Concilia necessariò suam à summo Pontifice sortiuntur auctoritatẽ, solo nimirum Pontifice iurisdictionem in omnes exercente Christianos vniuersalẽ.

182 Conciliorũ auctoritas à Põtifice.

a in prefat. lib. 6.

CATA-

CATALOGVS AVCTORVM Bonifacianorum, soli nempe Pontifices hi, successionis ordine.

183 Auctores Bonifaciani.

Clemens tertius al. *quartus* c. 1. de præbend. & dignitat. vixit ille tertius anno Christi 1190. quartus 1265.

Gregorius nonus anno Christi 1230.

Innocentius quartus anno Christi 1250. maximè in Concilio generali Lugdunẽsi.

Alexander quartus 1260.

Vrbanus quartus 1262.

Clemens quartus 1265.

Gregorius decimus 1275. maximè in alio Concilio generali Lugdunensi.

Nicolaus tertius 1280.

Bonifacius octauus 1300.

ANNOTATIVNCVLA.

184 Vera lectio restituta.

Capitulo 1. de præbẽdis prefigitur nomen Clementis 3. al. 4: sed suspectissima talis est lectio quæ Clementis tertij meminit, vt qui diu præcesserit Gregorium nonum, quare procul dubio soli Clemẽti quarto locus ille debetur; quia præfatur Bonifacius octauus[a] edere sese Constitutiones Pontificũ post editionem Decretalium Gregorij noni promulgatas.

[a] in præfat. lib. 6.

De auctoribus Clementinarum & Extrauagantium Ioannis vigesimisecundi.

185 Clemẽtinæ et Extrauagãtes Ioannis 22.

CAtalogus auctorum Clementinorũ dari nequit, quando solus ipse Clemens auctor est Clementinarum partim in Concilio Viennensi partim etiam antè & pòst

& pòst factarum ; licèt editionem libri procurauerit a successor eius proximus mirum *Ioannes vigesimus secundus*. Concilium autem Viennense celebrabatur anno Christi 1311.

Idem de viginti Constitutionibus Extrauagantibus *Ioannis 22.* sentiendum est, vtpote quæ solius esse noscuntur ipsius *Ioannis vigesimi secundi* qui cœpit præesse Pontificatui sub annum Christi 1315.

186 Auctores Extrauagãtium.

CATALOGVS AVCTORVM *Extrauagantium communium, soli Pontifices hi, successionis ordine.*

Vrbanus quartus al. *quintus* c. 1. de simonia. vixit Vrbanus quartus anno Christi 1262. Suspecta tamen videtur hęc inscriptio quoad Vrbanũ quartũ; quia verisimiliter Bonifacius octauus illius Cõstitutiones nõ prætermisisset in editione sua. quanquam fateor coniecturam hanc non esse satis prægnantem cùm Bonifacius poterint effugere Cõstitutiones aliquot.

Martinus quartus anno Christi 1283. c. 1. de Regularib. & transeunt. ad relig. Nisi sit error in numero Pontificis ac debeat esse Martinus quintus. quod ipsum tamen non videtur, cùm Ioannes 22 illic cum sequatur. sed contrà mirum, si Martini quarti Constituriones prętermisisset Bonifacius 8. eiusdẽ successor ordine quartus. quanquam rursus fateor coniecturas in vtramque partem satis imbecilles. nam præter hoc quod modò notabatur ad Vrbanum

banum quartum, temporis ordo nõ tam constanter vbique fuit obseruatus in singulis titulis quàm fortassis oportebat.

Bonifacius octauus anno Christi 1300.

Benedictus 10. c.2. & 3. de elect. Licèt illic in libris impressis ponatur *Benedictus vndecimus*. falsò fortassis. anno Christi 1304.

Clemens quintus 1310.

Joannes vigesimussecundus anno Christi 1320.

Benedictus vndecimus frequẽter suo loco, sed c.2.& 3. de elect. fortassis non suo loco, cùm Benedicti decimi videatur hoc esse Capitulum vt s̃.dixi.

Benedictus duodecimus ann. Christi 1340. Hi duo Benedicti vndecimus & duodecimus hic in Extrauagãtibus communibus frequẽter pro diuersis ponũtur; attamen Chronographi quidam ponũt hos duos pro vno eodemque; perperam sanè.

Clemens sextus c.2. de pœnit. & remiss. anno 1350.

Urbanus quintus c.1. de simonia. anno Christi 1365. al. *Vrbanus quartus*. vt initio monui.

Martinus quintus anno 1420.

Eugenius quartus an. 1431. c.3. de priuil.

Calixtus tertius anno 1455.

Paulus secundus anno 1465.

Sixtus 4. cuius postrema quæ libris his extat cõstitutio fiebat anno Christi 1483. vide c.vlt. in fi. de reliq. & venerat. Sanct.

CAPVT

CAPVT QVARTVM

De noua quadã tum Corporis Canonici tum Conciliorum omnium editione longè desideratissima & exoptatissima.

HÆc mea tot catalogorum voluminibus nostris perutilium confectio mihi dedit occasionem seriò cogitandi de paranda & adornanda præstãtissima quadam tum totius Corporis nostri Canonici tum vniuersorum Conciliorum Ecclesiasticorum tam œcumenicorũ seu generalium quàm particulariũ seu prouincialium diœcesanorumque editione noua[a], quæ futura sit & plenissima simul & ex variis libris manuscriptis castigatissima & multiplicibus Indicum complurium & obseruationum antiquariarũ dotibus instructissima. quam si vel morte præuentus vel aliter præpeditus procurare nequiuero, lætabor tamen me suggestione hac mea viris aliquibus aliis boni publici studiosis & fidei Catholici zelo tactis, ac forsitan discipulis meis, quasi cursu lampada tradidisse. gauisurus æquè, si quis etiam conatus hos meos vel pro parte vel integros anteuerterit. Igitur nouem vel decem commoditates quædam singulares & multò maximæ desunt hactenus libris Pontificiis nostris. i. Corpori Canonico nostro. quæ licèt citra magnum forsquidem Ecclesiastici detrimentũ fortassis absint ad hoc vsque tempus, tamẽ ad hoc nostrum ius tandẽ allatæ vehementer Ecclesia-

187 De noua quadã tum Canonici Corporis tum CONCILIORVM omnium editione lõgè desideratissima & exoptatissima.

188 Nouẽ vel decẽ commoditates maximas hactenus deesse libris Pontificiis, quas auctor suggerit et procurare laborat.

[a] Huic primæ quidem commoditati maximæ ex parte tam satisfactum videtur per Gregor. 13. sed cæteris nouẽ commoditatibus (quæ sequuntur) non æquè.

clesiasticam legislationem cõmendarent. nam & ius Pontificium singulariter exornarent, & plurimos alios præter huius facultatis alumnos in Pontificij iuris amorem & admirationem raperent, & voluminum nostrorum lectionẽ Theologiæ quoque studiosis expetibiliorem, commodiorem, fructuosiorem, delectabiliorem, suauioremque redderent; &, quod caput est, ad Ecclesiæ Catholicæ facilimã contra schismaticos & hæreticos defensionem cumprimis pertinerent; & innumerabiles propè fructus alios in loco & in tempore suppeditarent. sunt autẽ commoditates illæ propemodum hæ. Primò, lectio variis ex antiquis libris manuscriptis emendata; qualium librorum copia mihi magna suppetit ex instructissimis quibusque Belgicis bibliothecis per me lustratis, & huic vsui (quandocunque & voluero & incũbere potuero) paratis ex antistitum piissimorum concessione. qualibus in variarum lectionum adnotationibus licèt pro castigatione laborauerint multi, multa tamen adhuc relicta sunt industriæ multorum multifariam castiganda. Secundò, plenus omnium & singulorum fons, quatenus quidem constitutionum Pontificiarum ac præcipuè Conciliorum plurimorum truncatim frequẽter allatorum repletio quædã iusta fieri possit ex Codicibus antiquissimis Constitutionum Cõciliorumque manuscriptis & ex va-

189 Editionis huius nouæ Corporis Canonici fructus quidam singulares ac ingentes.

190 Prima cõmoditas, lectionis varietas & emẽdatio.

191 Libri M.S. voluminũ iuris Pont.

192 Secũda cõmoditas, omniũ singulorumque fons,

Huic primæ quidem commoditati magna ex parte iam satisfactum videmus per Gregor. 13. sed cæteris nonẽ commoditatibus (quæ sequuntur) non æquè.

ex variis denique compilationibus quæ dicũtur ac editionibus tum Decretorum tum Decretalium. Tertiò, diligens Antiquitatum Ecclesiasticarũ per vniuersa volumina iuris adnotatio; cum scholiolis opportunissimis [a], ad subuertẽdas etiam pestiferas Caroli Molinei notas plurimum facientibus. Quartò, sedula præmunitio tyronum candidatorumque cunctorum iuris huius contra schismaticos & hæreticos ac nominatim contra Molineum pro iurisdictionis Ecclesiasticæ quasi clypeo pro summi Pontificis potestate, pro Ecclesiæ auctoritate, pro iuris Pontificij dignitate, præstantia, fontibus, antiquitate, historia, arte, fine, principiis, &c. qualis præmunitio, vel è solis his nostris libellis de iure Pontificio in vniuersum facilime decerpi poterit vel aliundè fortasse luculentius adornari. certè nihil magis necessarium tali quapiam præmunitione quibuslibet ad iuris Pontificij studium semet accingentibus & accedentibus: vt & sublimiter de illo sentire præ omnibus discant, sicuti meretur, & idipsum à cõtemptu vindicent in quem peruersi quidã nebulones præstantissimum sanctissimumque studij genus adducere petulanter conati fuêre. Quintò, Catalogus amplus isque Chronologicus omnium auctorum & auctoritatum quibus volumina nostra iuris Pontificij singula conficiuntur & constant; distributus in quinque classes, nimi-

193 Tertia Cõmoditas, Antiquitatum Ecclesiasticarum obseruatio contra pestiferas Caroli Molinei notas.

194 Quarta Cõmoditas, præmunitio cõtra schismaticos & hæreticos oportuna de admirabili iuris Ecclesiastici præstantia, fine, principiis, &c.

195 Quinta Cõmoditas, Catalogus Chronologicus, &c.

[a] Num. 162

nimirum scripturæ sacræ, Canonũ Apostolicorum, Pontificum, Conciliorum, & scriptorum singularium. quam nos operam simul hic præstitimus nõ è libris tantùm nostris, verumetiam & ex Conciliorum Tomis quattuor à Laurentio Surio prolatis, & ex Iuone, & ex Burchardo, & ex ipso Isidoro, & ex Photio ac Balsamone: vt hac ratione liqueat de vera singulorum partim lectione partim sententia deque replendis librorum nostrorum defectibus. Hinc sextò, perfectissimus Index quidam, quo singula singulorũ dicta singulis reddantur auctoribus vel (vt significantiùs dicam) quo singula capitula referantur ad suos auctores atque fontes. vt ita liquidò constet quid & quãtum sit vniuscuiusque legislatoris auctorísve. seruato ea in re ordine prorsus eodẽ quem seruauimus in auctorum catalogo; nisi quòd singulis auctoribus tradenda sint sua, prout ipsi singula tradiderunt; siue temporum possit agnosci ratio, siue librorum nostrorum titulorumque situs, siue propriæ suæ tractationis ordo, siue denique quid aliud. Cuius generis Indicẽ laborosissimè conquisiuit Iacobus Labittus ex Iustiniani Pandectis, vt superiùs[a] monebatur. adnotatis in hoc eodem Canonici Corporis Indice singulis eadẽ de re locis apud Isidorum, Burchardũ, Iuonem, Surium in quattuor illis Tomis Cõciliorum, & Photiũ, vel potiùs apud eum

196 Sexta Cõmoditas, Index singulorũ ad singulos suos Auctores relatorius instar Labittici.

[a] num. 162.

qui Tomos quinque vel sex edet Conc
liorum iuxta rationē editionis illius qu
de mox dicetur. cuiusmodi Index omn
superiorum voluminum collatorius m
rabile dictu quantopere ius hoc vniu
sum Pontificium suo nitori restitueret
illustraret. Septimò, copiosissimus atq
pleniſſimus Index omnium locorum t
tius & vniuersæ scripturæ sacræ; quo c
rum atque perspicuum fiat cunctis mo
talibus quomodo semper mater Eccle
scripturam sacram fuerit iam inde à te
poribus Apostolicis interpretata. vi
nim reperietur scripturæ locus vllus, q
quidem vocetur ab hæreticis & aliis f
hostibus in controuersiam, quin ab
clesia suis in legibus Ecclesiasticis &
denter & frequenter acceperit interp
tationem. quo fit vt & mirari & dolere
tis nequeam, talis Indicis è libris no
confectionem à nemine hactenus fu
tentatam; qui vel solus ad hæc iura d
gentissimè voluēda cognoscendáque
Theologos tantùm sed & quoslibet a
quitatis Ecclesiasticæ studiosos pell
posset, atque cunctos fidei nouatore
violatores refellere, cōfundere, resipis
tiæ monere; ne cæteras nunc Indicis
iusmodi commoditates & vtilitates v
bosè persequamur. Octauò, peculiar
is quidē selectissimus Index antiquar
vel de omnibus per vniuersa iuris vol
mina sparsis antiquitatibus Ecclesiast
atq

197 Septima Cōmoditas, Index locorum Scripturæ sacræ per Ecclesiastica iura explicatorū.

198 Octaua cōmoditas, Index antiquarius.

idque vel per locos communes idoneos vel per ordinem alphabeticũ; non ex ipsa solùm legislatione Põtificia, vel auctoribus eiusdem, verumetiam è scholiis quorum paulò superiùs memini. De rerum & verborum Indice nihil hic dicimus, eo quòd is iam olim simul editus fuerit; nisi quòd maxima prorsus indigeat locupletatione. Nonò, Synopsis voluminum singulorum in tabulas redacta; quæ sit instar vel paratitlorum seu cuiusdã quasi fili vel artis & methodi Põtificiis in libris obseruatæ. quod & nos vtrumque prestare volebamus libris hisce duobus de iure sacro posterioribus, qui dabunt aliis occasionẽ longè quid & subtilius & ingeniosius inuestigãdi quàm sint hæc ἀμαθέσερα καὶ σαφέσερα nostra. quo nihil erit iura feliciter addiscere feliciùs retinere feliciſſimè pro re nata depromere volẽtibus æque necessarium. quamobrẽ & interpretes illi veteres quotquot sunt ad vnum omnes nihil non egerunt vt suis & continuationibus & summariis & euidẽtialibus & id genus aliis præparamẽtis quasi quibusdam præmunitionibus omnia reddere conarẽtur addiscẽtibus faciliora. quod proculdubio longè feliciùs præstitissent, si quid vera sit ars vel iuris vel cuiuscunque facultatis alterius tenuissent. Decimò, vetustissimorũ quorundã canonum præmissio, tum Græcè tum Latinè; velut Apostolicorũ, quos Clemens Romanus in decẽ suis libris de

199 Nona Cõmoditas, Synopsis voluminũ quasi in tabulas artificiosas redacta.

200 Decima Cõmoditas, antiquissimorũ Canonum præmissio.

Constitutionibus Apostolicis in fine recitat; item Synodicorum, ex primorũ sex vel certè quattuor Cõciliorum generaliũ (quæ quasi euangelium obseruari præcipiuntur à Iustiniano Constit. Nouell. 131. in princ.) decretis atque sanctionibus. vt nimirum quod Romuli Numæque leges atque 12 tabularum fragmẽta, libris quibusdam legalibus in edendo præmitti solita, sunt operam iuri Ciuili nauantibus, id Canones illi sint iuris Põtificij studiosis. Memini cùm Gregorius XIII Põtifex Max. ad Episcopos quosdã Belgicos perscriberet de sibi subministrãdis compluribus libris manuscriptis ad adornandam solius Decreti Gratianei quàm fieri posset emendatissimam editionem. qui sanè, si totius Corporis Canonici procurari posset editio qualem dixi, mirabiliter lætaretur & Ecclesiæ Catholicæ cui laudatissimè præest congratularetur. Is inter cętera desiderabat inprimis Decretum ipsius Isidori propriũ, cuius exemplar manuscriptum perantiquũ adseruatur in bibliotheca monasterij Aquiscinctẽsis, vbi coràm idipsum lustraui, commodatoque deinceps acceptum domi per ocium diligenter excussi cumque Conciliorum Tomis à Laurent. Surio prolatis contuli. de quo volumine paulò pòst plura. Dicta quoque Patrum ab eodem Gregorio desiderata, quæ videntur esse sententiæ per aliquos collectæ, sunt à me inuẽta in monasterio

201 Gregorij XIII desiderium in edẽdo Gratiano quã emendatissimo; & quid ad editionẽ totius Corporis Canonici cõferre possit Auctor.

202 Decretum Isidori m.s. apud Aquiscinctenses.

203 Dicta Patrum apud S. Gislenũ.

nasterio S. Gisleni, cõiuncta Iuliani Toletani libris prognosticorũ de futuro seculo quos aliàs edidimus. Isidori prẽterea libros duos testimoniorũ repérimus ibidem. item Calixti PP. epistolas in Abbatia Hasnonensi. Sed præstat integrã Gregorij xiij. de suo desiderio epistolã sicuti nobis communicata fuit vnà cum Indice Codicum à se requisitorũ subijcere, nonnullis additis notulis nostris; vt si qui sint alij qui nobiscum possint hanc vniuersi Canonici Corporis editionẽ coadiuuare, faciant id & certiùs & alacriùs. Nam Romana [a] solius Decreti fortassis editio vel vix prodibit, vel admodum lentè, vel non omnibus hisce commoditatibus erit instructa, quantumlibet annos iam tot expectata desideranter.

204 Duo libri testimoniorum Isidori ibidẽ.

205 Calixti PP. Epistolæ apud Hasnonienses.

206 Auctoris adnotationes quædã ad Epistolã Gregorij XIII de noua Gratiani editione.

[a] scripsit hæc Auctor dum ante nouam Corporis Canonici editionem Gregorianam: quæ certè plerisq; commoditatibus hisce caret.

Exemplum epistolæ Gregorij PP. xiij. ad Episcopum Attrebatensem.

VEnerabilis frater, salutem & Apostolicam benedictionẽ. Non dubitamus fraternitatem tuam pro sua insigni pietate velle, pro singulari eruditione & doctrina posse, quã maximè Christianæ Reipubl. prodesse; itaque libentissimè eam quæ nunc datur facultatem amplexuram esse. Cupimus Decretum Gratiani esse quàm emendatissimum: ad eam rem desideramus ex veteribus Codicibus multos Canones, quorum indicem mittimus; rogantes vt in antiquis istius Prouinciæ bibliothecis diligẽtissimè perquiri, & si quid repertum fuerit

207 Epistola Gregorij XIII.

exſcribi, atque ad nos mitti, cures. Erit hoc nobis gratiſsimum. Datum Romæ apud ſanctũ Petrum ſub annulo piſcatoris, die xxv Nouembris, M. D. lxxij. Pontificatus noſtri anno primo. Signatum inferiùs Anto. Buſcapadalius. & ſuperſcriptum, Venerabili fratri Franciſco Richardoto Epiſcopo Atrebatenſi.

Quæ deſiderantur ex Gallia & Germania.

Concilium aliud Mogũtinum præter impreſſa vel in quo ſint plures canones quàm in impreſſis.
Idem de Triburienſi.
Idem de Meldenſi.
Idem de Turonenſi.
Idem de Aurelianẽſi & Arelatenſi.
Idẽ de Maticenſi ſiue Matiſconenſi[a].
Idem de Pariſienſi.
Idem de Lugdunenſi.
Idem de Guormacienſi.
Idem de Rotomagenſi.
Idem de Remenſi.
Idem de Concil. apud ſanctum Medardum.
Idem de Agrippinenſi.
Idem de Hipponenſi.
Idem de Ilerdenſi.

Quæ deſunt tota.

Conciliũ apud Vermeriab.
Concilium apud Melchiau ſiue apud Melphiam.
Concil. Emeriten.
Concil. apud Compendium.
Concil.c Eugenij Papæ.
Concil. Macienſe citatum ex Iſidoro. Grat. 35. q. 2. & 3. c. ſanè cõſanguinitas.
Concil. apud Alteum ſiue Alpheum.d
Concil. Eduenſe.e

Quæ videntur ſentẽtiæ ab aliquibus collectę & citãtur nomine Dictorũ fà collectoribus Decretorum.

Dicta Hieronymi.
Dicta Baſilij.
Dicta Iſidori.
Dicta Auguſtini.
Dicta Gregorij.

Decre-

rum, vnà cũ Tubano Toletano de futuro seculo.

Decretales Romanorum Pontificum præter impressas.

EVaristi.
Xisti primi & secundi.
Higini.
Soteris.
Fabiani.
Lucij.
Felicis.
Marcelli.
Cœlestini.
Symmachi.
Pelagij 1. & 2.
Leonis 2. & aliorum præter primum.
Gregorij 2. & aliorum præter 1.
Zachariæ.
Julij.
Bonifacij PP. 1. & 2. et Bonifacij Legati Germaniæ.
Hilarij.
Gelasij.
Hormisdæ.
Deusdedit.
Alexandri 1. & 2.
Theleſphori.
Pij primi.
Vrbani primi & 2.
Cornelij.
Stephani.
Eutychiani.
Syluestri.
Damasi.
Zosimi.
Paschalis 1. & 2.
Joannis præsertim 8.
Isidori opera non impressa, & in primis Decretum a ipsius proprium.
Rhabani opera nõ impressa.
Epistolæ aliquæ D. Augustini & Homiliæ ipsius nõ impressæ & propriæ Homiliæ ad Neophytos citatæ à Grat. c. primo. de consecrat. dist. 4.
Epistolæ D. Gregorij nõ impressæ.

a

otum Decretũ manuscriptum reperit Auctur in bibliotheca Aquisinctẽsi: præterea testimoniorum libros Isidori duos in Bibliotheca S. Gallensi.

DE NOVA PLENIOREQVE *Conciliorum editione adornanda.*

208 Conciliorũ editio noua qualisnã desideretur & quam multa desint 4. Tomis Laur. Surij.

TOmi quoque Conciliorũ vehementer imperfectè sunt hactenus editi. Desiderantur in iis Constitutiones Pontificũ plurimæ, non manuscriptę tantùm

verumetiam alibi frequenter impressæ, partim in Decretis Gratiani, Iuonis, Burchardi, Isidori, partim in libris quinque Decretalium Gregorij noni, Bonifacij octaui, Clementis 5, Ioannis 22, cæterorumque in Extrauagantibus quæ dicûtur memoratorum. desiderantur item Concilia non pauca, quantumuis alibi passim typis mandata; ne quid interim de manuscriptis dicam, quorum copia suppetit ex antiquissimis bibliothecis. quo magis miror cur optimus atque diligentissimus alioquin in eo genere vir Laurentius Surius non ex impressis vt minimùm libris modò memoratis omnia ad huiusmodi Tomos propriè pertinentia collegerit, & in eorum Tomos locis quæque suis congesserit. nec enim fuerant omittēda Concilia præsertim celeberrima hæc; Lugdunense sub Innocentio 4, Lugdunense sub Gregorio 10, Lugdunense sub 8 Bonifacio, Viennense in Gallia sub Clemente quinto; quæ solis ferè nostris in libris inueniuntur. prodierunt interim fragmenta Concilij Niceni variis ex auctoribus collecta per Alphonsum Pisanum, & eiusdē Concilij canones genuini complures diligentia Francisci Turriani; vnà cum epistola Nicolai PP. 1. castigatiore ad consulta Bulgarorum: adhæc Concilium integrum Ephesinū ex versione Theodori Peltani post editionem Contij. Duorum præterea Conciliorū Lateranensium sub Paschа-

209 Quattuor Cōcilia celeberrima per Surium prætermissa.

210 Fragmenta Cōcilij Niceni per Alph. Pisanum.

211 Cōcilij Niceni Canones genuini per Turrianū, &c.

212 Concilium integrum Ephesinū, cum plurimis aliis.

a Vigh. lib. 5. Histor. Eccles. cap. 13.

Paschali 2 celebratorum acta memorat Albertus Pighius[a], partim de Inuestituris Episcoporum per Imperatorem fieri solitis partim de Iurisdictione Ecclesiasticorum temporali partim de summi Pontificis electione partim de rebus aliis Ecclesiæ grauissimis loquentia. Superuenerunt item plurima Concilia tum Prouincialia tum Diœtesana Tridentinũ secuta: variis etiam relictis à Pio PP. V. constitutionibus. Quæ cuncta, cum similibus id genus aliis, Tomos illos mirificè locupletabunt rebus maximis, & augebunt numero. De cætero, commoditatibus ferè vel iisdem vel non absimilibus instruẽda fuerit hæc editio, quibus & corporis Canonici; prẽterquam quòd Indice illo singulorum ad singulos auctores relatorio non sit hic futurus necessarius, quandoquidem sua quibusque fontibus hic sunt integra; cùm temporũ seruetur in omnibus ordo singulaque suo ponãtur loco: rebus in Ecclesia gestis ibidẽ plenè commemoratis. adeò vt ex talium Tomorum editione promptum foret Ecclesiasticam eamque perfectissimam cõscribere deinceps historiam. Præ cæteris autem commoditatibus vel maximè seruiet Ecclesiæ virisque rerum Ecclesiasticarum studiosis Index ille scripturarum, per ipsam Ecclesiam vel eius pastorem semper inspirante S. Spiritu constãter & infallibiliter expositarum. nec minor hic adhibenda

213 Historia Ecclesiastica vnde potissimum instrui possit.

[a] Pigh. lib. 5. Hierar. Eccles. cap. 13.

cura confectioni Indicis illius antiquarij. Cæterum non abs re fuerit Catalogũ subijcere Cõciliorum illorum quæ licèt partim sint in Gratiano partim in Iuone partim in Burchardo partim in ipso Isidoro partim in voluminibus nostri Corporis Canonici, tamen à piissimo illo viro sed profectò nimirũ properante D. Laurẽtio Surio prorsus omittuntur, adeò vt ne vel mentione quidẽ semel attingantur; quantumlibet ex auctoribus modò memoratis vtcunq; potuissent exhiberi, fortassis integra, si collectionis labor fuisset impensus.

214 Nimia D. Surij festinatio plurima prætermittentis integra Concilia quorũ sequitur Catalogus.

CAPVT QVINTVM
De præteritis ab Laurentio Surio suis in Tomis Conciliorum.

Catalogus veterum quorundam Conciliorum Ecclesiasticorum a Laurent. Surio prorsus omissorum, quæ tamen ex libris nostris vtcunque potuissent ac poterunt exhiberi.

Altheimense vel apud Altheim. Burchardus & Gratianus totũ suppeditare poterunt.

Ananethense. solus Gratianus meminit huius dist. 91. c. 2. fortassis idem cum Nannetensi, vitio scribarum, vide ẽ. Catalogum Auctorum Gratianeorum.

Apostolorum Concilium quoddã nominat & allegat solus Burchardus lib. 3. c. 109. sed vel manifestus est error scripturæ legendum, Apost. Can. vel Concilium Apostolorum Burchardus intelligit illud in quo canones illi fuêre con-

re conscripti. liquet enim locum illũ Burchardi esse canonem Apostolorum numero trigesimum primum, iuxta vulgatã versionem qua Burchardus fuit vsus.

In Apulia Vrbanense. Grat. dist. 60. & Chronologi.

Apud Aquisgranum. Burchardus lib. 3. c. 15. & 22. lib. 8. c. 37. vbi sub Imp. Lud. Pio celebratum dicitur. & lib. 9. c. 33. & lib. 16. c. 8. & 10. meminit huius concilij & Iuo.

Bellouacense vel Beluacẽse. Grat. & Burchardus lib. 3. c. 166. cui Ludouicus Imperator intererat. itẽ c. 167. 168. 169. 171. & lib. 4. c. 94.

Bonifacij 3. Concil. dist. 79. c. 7. Grat. & Chronographi. vide ẽ. Rom.

Bylonense. solus Gratianus, fortasis idem cum Cabyllonensi.

Apud Carisiacũ. Burch. lib. 3. c. 172. et Iuo.

Cauallon. solus Burchardus lib. 3. c. 132. & lib. 4. c. 93. nisi sit error, & legendum fortasis Cabyllonense. confer.

Claromontense al. Aluerniæ. al. Vrbanense. Grat. & Chronographi.

Compendiense. al. apud Compendiũ. Grat. & Burchardus lib. 8. c. 71. & lib. 9. c. 42. & 47. & lib. 11. c. 12.

Apud Confluentiã. solus Burchardus lib. 3. c. vlt. & penult. præsentibus Hẽrico & Carolo Regibus. lib. 6. c. vlt. lib. 7. c. vlt. vbi ponitur tempus, videlicet annus Christi 922.

Apud Conuicinium. al. Conuicinum. sub Nicol. PP. 1. sub annũ Christi 860. Gratian. & Iuo part. 4. c. 88.

Edu-

Educense sub Greg. 7. solus Gratianus. 19. q. 3. in princ.

Emeritẽsis Concilij meminit Gregorius PP. xiij. in epistola ad Episcopos de adornanda accurata quadam Gratiani editione, nisi sit error in voce.

Apud Ephesum præsente Henrico Reg. solus Grat. 15. q. 4. c. 2. idem cum seq.

Apud Erphesfurt Burchardus lib. 11. c. 77. cui interfuit Henricus Rex. ita vt verisimilimum sit, idem esse cum Ephes. præcedente. idem Burchardus lib. 13. c. 21. 27. 28. & Innocuius Catalogum vide suo loco.

Guerdense Gratianus quidẽ non habet sed Burchardus lib. 41. c. 55. & lib. 19. c. 74.

Fauentinum al. apud Fauentiã. solus Gratianus.

Genuense. solus Gratianus dist. 95. c. vlt.

Habergerunda. solus Burchardus lib. 5. c. 8. & 32.

Hannerense. al. Hamnerense al. Hannetense. per errorem apud Burchardũ pro Nannetensi lib. 1. c. 106. dispice.

Hibern. solus Burchardus lib. 12. cap. 25. & 26.

Apud Lauriacum. Burchardus lib. 15. c. 7. & 22. & alibi passim. & Ivo.

Leonis. vide j. Romanum. Grat. 16. q. 5. c. 63. & Chronographi.

Lugdunensia tria. videlicet, sub Innocẽt. 4. sub Greg. 10. sub Bonif. 8. solus Bonif. 8. lib. 6. & Chronographi.

Macience. forta sis idem cum Matiscens vel

vel Matisconensi. solus Gratian.

Manetense. fortassis idem cum Matisconensi vel error in litera M. pro N. vt sit idem cum Nannetensi. solus Grat.

Maticense al. Matiscense. Burchardus lib. 3. c. 150. & 172. lib. 5. c. 32. lib. 7. c. 8. lib. 9. c. 19. lib. 16. c. 21. & 35. lib. 17. c. 15. & Iuo p. 3. c. 110. ex Concil. Chalcedonensi.

Mediomatricis. Grat. & Burchardus lib. 3. c. 42. 134. 197.

Mediolanense. Burchardus lib. 9. c. 8.

Melchiense al. apud Melchiam. al. apud Meldem al. Melphien. Grat. & Chronographi.

Apud Merech al. Marech. solus Grat.

Nauatense. solus Gratianus. fortassis idē cum Nannetensi, per errorem scribæ.

NONA SYNODVS œcumenica vel vniuersalis. 20. q. 2. c. vlt. solus Gratian.

Pictauiense. in Decretalibus aliquoties, vide Catalogum Auctorum Gregorianorum.

Placentinum. Grat. & Chronographi sub Vrbano 2. vide j. Vrbanense.

Apud Regiam. solus Burchardus lib. 2. c. 89. fortasse Rhegium.

Romanū sub Bonifacio 3. Grat. & Chron.

Romanū sub Eugenio 2. solus Gratianus.

Romanum sub Hadriano. nullum reperitur apud Chronographos; neque sub 1. neque 2. neque 3. qui Gratiani tempora præcesserūt. solus Gratianus.

Romanum sub Leon. 1. item 4. item 8. item 9. vide 5. Leonis Concil.

Roma-

Romanum sub Steph. 3. Grat. & Chronog.

Rotomagense al. Rhotomagense. Grat. & Burchardus lib. 1. c. 2. & lib. 3. c. 114. 130. 227. lib. 4. c. 39. lib. 8. c. 33. & 66. lib. 10. c. 17. et 18. lib. 11. c. 2. 3. 42. et alibi pluribus in locis.

Apud Siluanectum. Burchardus lib. 3. c. 144. & 145. & Iuo.

Stephani Papæ 3. Concilium. vide S. Romanum sub Steph. 3.

Tansiatense. solus Gratianus 12. q. 2. c. 54.

Apud Theodonis villam. Burchardus lib. 3. c. 194. lib. 4. c. 90. lib. 6. c. 5. lib. 7. c. 12. lib. 10. c. 4. & 36. & Iuo.

Tungrēse. Burchardus lib. 10. c. 65. & Iuo.

Veneticum. Burchardus lib. 2. cap. 153. & Iuo.

Apud Vermeriam al. Vermerias. Gratianus & Burchardus lib. 6. c. 41. & 42. lib. 9. c. 26. 27. 41. 54. lib. 17. c. 10. 11. 12. 13. 14. 22.

Viennense sub Clemente V. solis in Clementinis.

Urbanense 1. Urbani Papæ 2.

Urbicum. Burchardus lib. 3. c. 226. & lib. 8. c. vlt. & Iuo & Gratianus.

CAPVT SEXTVM

De Isidori Decreto seu Corpore Canonum, deq; subsequente Catalogo Auctorum omnium & auctoritatum eiusdem Decretitotius Isidorici.

NEmo scriptor vnquam cōsuluit meliùs conseruationi legislationis totius Ecclesiasticæ quàm Isidorus Hispalensis;

lensis; vt qui tam Pontificum Romanorum, vt ac tanquam totius Christiani gregis pastorum vniuersalium, quàm Conciliorum Ecclesiasticorum decreta diligentissimè collegerit ad ætatem vsque suam, posteritatiq; pro disciplinæ Ecclesiasticæ bono reliquerit integra. Volumẽ hoc Isidori plenum ac perfectum pulcherrimisque characteribus manu conscriptum reperi multos iam ante annos in bibliotheca insignis monasterij Aquiscinctẽsis, dũ tractus huius Belgici lustrarẽ bibliothecas quasdã præcipuas, atque nũc tandem contuli cum Tomis prioribus Conciliorum à Laurentio Surio editorũ; vt si quid fortè vel amplius vel secius fuisset in Isidoro quàm in Surio, id pro mea sedulitate subnotarem in meis exẽplaribus: quod & feci non indiligenter, dico in Surij mei marginibus. Verùm quia labor ille meus mihi soli seruit, operępretium duxi, quale sit illud opus & quid contineat hic summatim commemorare; subdito simul eiusdem Catalogo per ipsum Isidorũ nobis relicto: quò maior constet Pontificiis illis Epistolis longè sanctissimis, at per hæreticos atque schismaticos petulanter vocatis in controuersiam, fides. Descriptum fuit illud Aquiscinctense volumen manu cuiuspiam religiosi sub Innocẽtio Pont. secũdo & Cõrado tertio Imperatore, quemadmodũ scriptor ipsemet adnotauit in gemino Catalogo tũ Imperatorũ tum

215 De Isidori Decreto seu Corpore Canonũ ex Codice m. s. monasterij Aquiscinctensis perantiquo

tum Pontificum quẽ volumini Isidorico præfixit. quod fuit sub annũ Christi milleſimum centeſimum atque trigeſimum, hoc eſt, ante annos iam quadringentos & quinquaginta. Codex eſt ingens, foliis conſtans ingentibus, iisque pergameneis, numero in vniuerſum ducentis ſexaginta quattuor. qui ſunt quaterniones triginta tres, quos idem ſcriptor accuratè ſuis quibuſque locis in ima ſubnotauit margine; quia numerum foliorum, quo volumen illud carebat, ego primus addidi: ſingulis foliis in quattuor ab illo ſcriptore diuiſis columnas; & vnaquaque columna lineas comprehendente quinquaginta tres, idq; conſtanter: lineis autem ſingulis vocabula nunc ſex nunc ſeptem nunc octo nunc etiam nouem vel decẽ plerumque comprehendentibus, pro vocum ſcilicet vel breuitate vel longitudine: foris compactum aſſeribus albo corio coopertis; catena ferrea ſuperiori prioris aſſeris parti nexa, pro adaptatione ad bibliothecæ pulpitum numero decimũquartum: quo quidem numero propter eam cauſam (ſicuti videtur) & ipſe Codex in corio anteriori prænotatur. Primi tamen folij facies anterior, eſt inanis & alba; facie tota poſteriore, cum colũna prima folij ſequentis, nomina prouinciarum Romani Imperij, quale olim fuerat, indicante: colũna ſecunda folij ſecundi (quæ ſecatur in columnulas geminas) nomina prodit nuda

Roma-

Romanorum Principum vsque ad prædictum Conradum tertium : facies altera folij secundi per columnulas quattuor dispescitur, atq; nomina similiter edit Romanorum Pontificũ vsque ad Innocentium secundum sub quo scriptor ille testatur ipsemet Codicem illum esse scriptum : superadditis nihilominus alia manu Pontificibus aliquot posterioribus, ætate nimirum scriptorẽ illum subsequente. folium tertium incipit ab huiusmodi inscriptione *Quo tempore Concilia celebrari cœperint, & de quatuor Conciliis*: & in fine columnæ primæ folij eiusdem tale inscriptio ponitur, *Item de septem Synodis principalibus ; quibus in locis , quibus pro causis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebratæ sint.* quæ duo capita sunt apud Surium Tomo primo pag. 7. Deinde sequitur in Codice illo Aquiscinctensi m. s. facie videlicet altera folij tertij , hæc inscriptio ; *Item annotatio Synodorum quarum gesta in hoc Codice continentur.* quæ tamen adnotatio non est omnino perfecta, cùm desinat in principium Synodi vigesimæ secundę; nec per omnia Decreto Isidorico accommodatur, nec est in Surij Tomis : quamobrem paulò pòst hic apponetur in gratiam studiosi lectoris; vnà cum Præfatione Isidori pulcherrima in Concilium Nicenum, Tractatulo Damasi de Trinitate, Supplemento Epistolæ Flauiani ad Leonem Pont. ac Altercatione Liberij Pont.

& Constantij Imperatoris. quæ omnia in Surio partim desiderantur omnino, partim paulò aliter sese habent, vt conferenti patebit. quartum denique folium Isidori m. s. Aquiscinctensis columna prima inscriptionem habet hanc, *Incipit epistola Aurelij Carthaginensis Episcopi ad Damasum Papam*; & in eadem colũna mox inscriptio hæc, *Rescriptum Damasi Papæ ad Aurelium Carthaginẽsem Episcopum.* Quæ duæ Epistolæ sunt & apud Surium Tom. 1. pag. 8. mox autem post lineas aliquot columnæ secundæ eiusdem folij quarti, ponitur noua Rubrica talis; *Incipit Prefatio Isidori in sequens opus.* cuius quidem præfationis prima verba sunt hæc, *Isidorus mercator* &c. non autem, vt cæteri habent Codices, *Isidorus peccator* &c. siue sic studio semet Isidorus appellauerit haud illepidè, siue sit scriptoris illius erratum; nec enim suis caret mendis insignibus. Quæ præfatio prorsus est eadẽ quam Surius habet Tom. 1. pag. 9. ac 10. atque tum demum folio quinto columna secunda cum seqq. præfationi suæ subijcit Isidorus Capitula, id est, Titulos vniuersos totius Decreti seu Corporis Canonum sui, qui Catalogus est qui nũc sequitur, à nobis pro nonnulla interpretatiũcula non nihil illustratus; cum Isidorus duo tantũ vel tria ponat verbula priora cursiuis qui vocantur, characteribus hic expressa. Rationem sui Ordinis identidem reddit

Isido-

Isidorus ipse; quo de ordine nos paulò superiùs hoc eodem libro a secundo nonnihil diximus.

a num. 161. 3. eod. lib.

ORDO, CATALOGVS, INDEX, ET CAPITA VEL POTIVS TITVLI totius Decreti seu Corporis Canonum per Isidorum collecti & editi.

1 ORDO *de celebrando Concilio.*

2 *Canones Apostolorum*, numero 47. qui tamen iidem distinguuntur ab aliis in 50. quorum vltimus est de trina mersione in Baptismo.

3 *Decreta Clementis Papæ & Martyris*, quæ sunt Epistolę in vniuersum 5. eædem prorsus quę sunt apud Surium in Tomis Conciliorum.

4 *Decreta Anacleti Papæ & Martyris*, quæ sunt Epistolæ tres, eædem quæ apud Surium sicut & in sequentibus omnibus.

5 *Decreta Euaristi Papæ*, quæ sunt epistolæ duæ.

6 *Decreta Alexandri Papæ*, quę sunt Epistolę tres.

7 *Decreta Sixti Papæ*, id est Epistolæ 2.

8 *Decreta Thelesphori Papæ*, quę est Epistola vnica.

9 *Decreta Ygini Papæ*, quæ sunt Epistolæ duæ.

10 *Decreta Pij*, quæ sunt Epistolæ duæ.

11 *Decreta Aniceti*, quæ est Epistola vnica.

12 *Decreta Sotheris*, quæ sunt Epistolæ duæ.

13 *Decreta Eleutherij*, quæ est Epistola vnica.

14 *Decreta Victoris*, quæ sunt Epistolæ duæ.

15 *Decreta Zephirini*, quæ sunt Epistolæ duæ.

16 *Decreta Calixti*, quæ sunt Epistolæ duæ.

17 *Decreta Vrbani*, quæ est Epistola vnica.

18 *Decreta Pontiani*, quæ sunt Epistolæ duæ.

19 *Decreta Antenij*, quæ est Epistola vnica.

20 *Decreta Fabiani*, quæ ſunt Epiſtolæ tres.
21 *Decreta Cornelij*, quæ ſunt Epiſtolæ duæ,
ad omnes Eccleſiæ filios altera ad Ruſtic
piſcopum.
22 *Decreta Lucij*, quæ eſt Epiſtola vnica.
23 *Decreta Stephani*, quæ ſunt Epiſtolæ duæ
24 *Decreta Sixti* 2, quæ ſunt Epiſtolæ duæ.
25 *Decreta Dionyſij*, quæ ſunt Epiſtolæ duæ
26 *Decreta Felicis* 1, quæ ſunt Epiſtolæ tres
27 *Decreta Eutitiani*, quæ ſunt Epiſtolæ d
28 *Decreta Gaij*, quæ eſt Epiſtola vnica.
29 *Decreta Marcellini*, quæ ſunt Epiſtolæ
30 *Decreta Marcelli*, quæ ſunt Epiſtolæ
31 *Decreta Euſebij*, quæ ſunt Epiſtolæ tres.
32 *Decreta Melchiadis*, quæ eſt Epiſtola
33 *De primitiua Eccleſia*, & Edictum Co
deque Donatione eiuſdem.
34 *Concilium Nicenum iijc xviij Epiſcopor*
Gregorij maioris. præmiſſa per Iſidorum
ne pulcherrima, cuius initium *Beatiſſ*
autem Concilij capitula 20 cum Symb
35 *Concilium Anciranum xij Epiſcoporum*,
capitulis 24.
36 *Concilium Neocæſarienſe xviij Epiſcopor*
nens capitula 14.
37 *Conciliũ Gangrenſe xv Epiſcoporũ*, cuius
38 *Conciliũ Sardicenſe iijc Epiſcoporũ*, cuius
39 *Concilium Antiochenum xxx Epiſcop.* cu
tula ſunt 25.
40 *Concilium Laodicenum xxij Epiſcoporum*,
pitula ſunt 59.
41 *Concilium Conſtantinopolitanum* 150. Epi
tinens capitula 7.

42 *Concilium Ephesinum 200 Episc.* continens Epistolam Concilij ad Nestorium, & fidem Catholicam vnà cum Anathematismis 12.

43 *Concilium Chalcedonense DC. 30 episc. cum edictis Imperatorum pro confirmatione eiusdem Concilij, & dictis Attici Episcopi*, videlicet quomodo Formata Epistola fiat. cuius Concilij capitula sunt 27.

44 *Concilium Karthaginense primum*, cuius capitula sunt 14.

45 *Concilium Karthaginense secundum*, cuius cap. 13.

46 *Concilium Karthaginense tertium*, cuius capit. 50.

47 *Concilium Karthaginense quartum*, cuius capitula sunt 104.

48 *Concilium Karthaginense quintum*, cuius capitula sunt 15.

49 *Concilium Karthaginense sextum, cum exemplaribus Niceni Concilij ab Orientalibus Episcopis ad Afros transmissi.* cuius Concilij capitula sunt 13.

50 *Concilium Karthaginense septimum*, cuius capitula sunt 5.

51 *Concilium Mileuitanum*, cuius capitula sunt 27.

52 *Concilium Arelatense primum*, continẽs capit. 23.

53 *Concilium Arelatẽse secundum*, continens cap. 25.

54 *Concilium Arelatense tertium 24 Episc.* continens capitula 4.

55 *Concilium Valentinum 30 Episcop.* constans capitulis 4.

56 *Concilium Taurinatium* al. *Taurinatis*, continens capitula 7.

57 *Concilium Regiense 13 Episc.* quod habet capit. 6.

58 *Concilium Arausicum*, constans capitulis 29.

59 *Concilium Vasense*, quod habet capitula 10.

60 *Concilium Agathense*, constans capitulis 71.

61 *Concilium Aurelianense*, constans capitul
62 *Concilium Elibertinum* al. *Elibertanum*, ca
continens 81.
63 *Concilium Tarraconense*, quod habet capitu
64 *Concilium Gerundense*, cuius capitula sunt
65 *Concilium Cæsaraugustanum*, cuius cap. su
66 *Concilium Ilerdense*, cuius capitula 16.
67 *Concilium Valentinum*, cuius capitula 6.
68 *Concilium Toletanum primum*, cuius capi
69 *Concilium Toletanum secundum*, cuius ca
70 *Concilium Toletanum tertium*, continens
rij Concilij cum capitulis 23.
71 *Concilium Toletanum quartum*, constans
lis 74.
72 *Concilium Toletanũ quintum*, quod habe
73 *Concilium Toletanum sextum*, cuius cap.
74 *Concilium Toletanum septimum*, cuius cap
75 *Concilium Toletanum octauum*, continen
Concilij cum distinctione numerorũ 12.
cesuinti Regis lege.
76 *Concilium Toletanum nonũ*, cuius capit.
77 *Concilium Toletanum decimum*, distinct
meris 6. & quibusdam Decretis.
78 *Concilium Toletanum vndecimum*, cuius c
sunt 16.
79 *Concilium Toletanũ duodecimum*, continen
Concilij cum capitulis 13.
80 *Principium concilij Toletani tertij decimi*, cõ
Acta Concilij cum fide Concilij Niceni a
capituli primi.
81 *Concilium Bracharense primum*, cuius capit
82 *Concilium Bracharense secundum*, cuius ca
83 *Liber capitulorum ex diuersis Cõciliis collect*

beato Martino Bracharensi Episcopo. constans capitulis 84.

84 *Concilium Bracharense tertium*, continens Acta cum capitulis 8.

85 *Concilium Spalense primum*, cuius capitula 3.

86 *Concilium Spalense secundum*, cuius capitula 13.

87 *Exceptiones ex Decretis sancti Siluestri* vel potiùs Excerptiones. quarum initium, *Temporibus S. Siluestri*, &c.

88 *Decreta Marci Papæ. cum epistola Ægyptiorum Pontificum ad eundem Papam missa.* Est autem epistola Marci PP. vnica.

89 *Decreta Julij papæ, quibus inserta est epistola Orientalium Episcoporum ad eundem missa causantiũ quod Athanasium in communionem receperit quem ipsi damnauerant.* sub his continetur Concilium Romanum, vnà cum epistolis Iulij duabus.

90 *Decreta Liberij papæ, cum epistola Athanasij & caterorum Ægyptiorum Episcoporum ad eũdem scripta de persecutionibus quas ab Arrianis patiebantur.* Est autem epistola Liberij vnica hic, & seq. tit. adhuc alia.

91 *Decreta Felicis papæ, cum epistola Ægyptiorum Sacerdotum de persecutione hæreticorum. quibus etiam subiuncta est epistola Liberij papæ. quia forsitan post martyrium Felicis de exilio reuersus in sedem suam idem papa Liberius eandem scripsit.* Felicis epistolæ sunt hic duæ.

92 *Decreta Damasi papæ, quibus inserta est epistola Stephani Archiepiscopi & trium Conciliorum Africæ ad eundem missa.* Damasi epistolæ sunt quinque; 1ª, ad Paulinum, cũ Synodo Romana; 2ª, ad Stephanũ & omnes Episcopos Africanæ prouinciæ,

(præmissa eorundem Epistola ad ipsum Da
sum) cui 2 epistolæ subijcitur tractatulus e
Damasi de filio Dei & Spiritu sancto & de
te Trinitatis, cuius tractatus initium est *Q
quis patiatur*. quem Catalogo huic subiecim
quòd in Surio maxima ex parte desideretu
Damasi Epistola est ad Prosperum & om
thodoxos Episcopos, cum appendice de
dotibus qui de Ecclesiis suis ad alias migr
clesias; 4a, ad Episcopos in Illirico const
5a, ad Episcopos Italiæ.

93 *Decreta Siricij papæ.* quæ sunt epistolæ tr

94 *Decreta Anastasij papæ*, quæ sunt epistol

95 *Decreta Innocentij papæ, quibus insertæ s
Concilij Karthaginensis ad eundem papam
epistola Concilij Mileuitani. epistola quoq
liaris quinque episcoporum ad eundem.* Sun
epistolæ Innocentij 27. quarum vlt. est
ad Aurelium Episcopum Carthaginens

96 *Decreta Zosimi papæ*, quæ sunt epistolæ

97 *Decreta Bonifacij papæ, cũ edicto Honorij
ris; vt si denuò Romæ duo episcopi ordinati fuer
ciuitate pellãtur.* Sunt autẽ epistolæ Bonifa

98 *Decreta Celestini papæ*, quæ sunt epistol

99 *Decreta Sixti papæ*, quæ est epistola vni

100 *Decreta Leonis papæ, cum epistola Flauia
stantinopolitani episcopi ad eundem, & epistol
Rauennatis episcopi ad Eutycen hæreticum.* L
autem epistolæ sunt 37. & sic in vniuersa
quarum prima est ad Euticen; 2 ad sanctu
uianum; 3 eiusdem Flauiani ad Leonem; 4
ad Flauianum; 5 Petri Rauennatis ad Eut
6 Leonis ad Ephesinam Synodum; 7 Leo

ſanctæ Synodi Romanę ad Theodoſium Auguſtum; 8 eorundē ad Pulcheriam Auguſtam; 9 ſolius Leonis ad Pulcheriā Auguſtam, cuius initiū *Gaudere*; 10 Leonis ad Martianū & Fauſtum preſbyteros; 11 Leonis ad Theodoſiū Auguſtum, cuius initium *Omnibus quidem*; 12 ad Pulcheriā Auguſtam, cuius initium *Gaudeo fidei*; 13 ad Fauſtū & Martianum cæterosque presbyteros, cuius initiū *Cauſa fidei*; 14 ad Pulcheriā Auguſtam, cuius initium *Quod ſemper*; 15 ad Anatholium, cuius initiū *Gaudemus*; 16 ad Martianum, cuius initiū *Quamuis per Conſtantinopolitanos Clericos*; 17 ad eundem Imperatorem, cuius initiū eſt *Multam mihi fiduciam*; 18 ad Anatholium, cuius initiū *Licèt ſperem*; 19 ad eundem Imperatorē Martianum, cuius initium *Poposceram quidem à glorioſiſsima clementia veſtra*; 20 ad Synodum Chalcedonenſem, cuius initium *Optaueram quidem dilectiſsimi*; 21 ad Martianum Auguſtum, cúius initium *Magno munere miſericordiæ Dei*; 22 ad Anatholium, cuius initiū *Manifeſtato ſicut optauimus*; 23 eidem Martiano Auguſto, cuius initiū *Multa mihi in omnibus*; 24 ad eundē Martianum Auguſtum, cuius initiū *Puritatem fidei Chriſtianæ*; 25 eidem Martiano Auguſto, cuius initium *Quod ſæpiſsimè*; 26 ad Leonem Imperatorem, cuius initiū *Promiſiſſe me memini*. conſtans tribus capitibus; 27 ad Turibium, cuius initiū *Quam laudabiliter*; 28 ad Epiſcopos Italiæ, cuius initium *In conſortium*; 29 ad Epiſcopos Siciliæ; cuius initium *Diuinis præceptis*; 30 ad Epiſcopos Campaniæ, Piceni, & Thuſciæ, cuius initium *Et vobis gratulationem*; 31 ad Ianuarium, cuius initium *Lectis fraternitatis tuæ literis*; 32 ad

Rusticum cuius initium *Subditis respon*
ad eiusdem consulta rescriptis Epistolas fra
tua quas Hermes &c. constans capitulis
Anastasium cuius initium *Quãta fratern*
34 ad Nicetum Aquileiensem Episcop
initium *Regressus ad nos*; 35 ad vniuers
pos per Africam constitutos, cuius init
de ordinationibus; 36 ad Theodorum E
Foroiuliẽsem, cuius initium *Sollicitud*
tua; 37 ad Leonem Rauennensem Epis
ius initium *Frequenter quidem*; 38 ad D
Episcopum Alexandrinum, cuius init
tum dilectioni tua; 39 & vlt. ad Episco
cuius initium *Magna indignatione cu*

101 *Decreta Hilarij papæ*, videlicet Conc
manũ sub ipso, cum epistolis duabus a

102 *Decreta Simplicij papæ, cum epistola A*
stantinopolitani Episcopi. Est autem epi
plicij vnica.

103 *Decreta Felicis papæ*, quæ sunt Epistol

104 *Decreta Gelasij papæ*, quę sunt, primũ
pturis apocryphis, deinde epistolæ 5 qu
ma est ad Episcopos per Lucaniam &
Siciliam constitutos capitulis 30; secũd
los, cuius initium *Præsulũ auctoritas*; 3
cuius initium *Ego quoque mente percep*
stasium Augustum; 5, ad Episcopos
longissima.

105 *Decreta Anastasij Papæ*, quę est epist

106 *Decreta Symmachi papæ, & liber Ennod*
Romanæ Ecclesiæ contra obtrectatores quart
habita Romæ sub Symmacho papa. Sunt au
stolæ Symmachi tres, post quarum prim

runtur Synodi sub eodē celebratæ quinque, hoc est,1.3.4.5.6. quia 2 deest. licèt Surius malè secet primam in duas, cùm sit vnica, sicuti res ipsa docet;marginali facta simul ad Isidorū. m.s.Aquisc, adnotatione characteribus rubris hac,*Secūda Synodus deest*. Epistola quoque quarta & vltima quā Surius ponit non est in Isidoro.

107 *Decreta Hormisdæ papæ,& Sacra Iustini Imperatoris,& liber Ioannis Constantinopolitani Episcopi ad eundem papam transmissus de reconciliatione Romanæ & Constantinopolitanæ Ecclesiæ.* Sunt autem Epistolæ Hormisdæ octo,quarum vlt. est ad Episcopos Beticæ prouinciæ.

108 *Decreta Ioannis papæ*, quæ sunt epistolæ duæ.

109 *Decreta Felicis papæ*, quæ sunt Epistolæ duæ.

110 *Decreta Bonifacij papæ*, quæ est epistola vnica cui inseritur exemplar precū eius & Iustini Principis.

111 *Decreta Ioannis papæ*, quæ est epistola vnica.

112 *Decreta Agapiti papæ*, quæ est epistola vnica.

113 *Decreta Siluerij papæ cum epistola Amatoris Episcopi ad eundem missa*. Est autem Epistola Siluerij vnica, videlicet ad Amatorem.

114 *Decreta Vigilij papæ*, quæ est epistola vnica 7 constans capitulis.

115 *Decreta Pelagij papæ*, quæ est epistola vnica.

116 *Decreta Ioannis papæ*, quæ est epistola vnica.

117 *Decreta Benedicti papæ*, quæ est epistola vnica.

118 *Decreta Pelagij papæ*, quæ sunt epistolæ tres;nā quarta quæ inuenitur apud Surium, hic deest.

119 *Decreta Gregorij primi*, quæ sunt epistolæ 5.cum Responsionibus ad Interrogationes Augustini, cumque Concilio Rom. Quinque autē illæ Epi-

stolæ

ſtolæ ſunt hæ; Prima, ad Leandrum de trin
ſione baptiſmatis, cuius initium *Reſponder*
lis; 2ª, ad eũdem Leandrum, cuius initium
tatis veſtræ; 3ª, ad Reccaredum Regem V
thorum, cuius initiũ *Explere verbis*; 4ª, ad
dinum incluſum, cuius initium *Dilectio*
ad Theotiſtam patritiam de diſcordia
cuius initium *Magnas omnipotenti De*
agere debemus &c.

Reliqui ſequentes quinque tituli videtur
quempiam Iſidoro ſuperadditi (quod
præ ſe fert Iſidori præfatio) cùm temp
gorij ſecundi nullo modo potuerit attin
dorus, neque fragmenta cętera videantur
conuenire.

120 *Decreta Gregorij iunioris*. i. ſecundi.
Concilium Romanum ſub ipſo celebr
pitulis 17. vide Surium Tom. 3. pag. 18.

121 *Liber capitulorum numero 70. ex diuerſ*
ſiue Decretis Romanorum Pontificum colle
Agilramno Metenſi epiſcopo. vide Sur. To
252. in Adriano PP. 1. vbi vocatur Ingil

122 *Item exceptiones ex diuerſis conſtitution*
bus eccleſiaſticis non alienandis. ſunt colle
variis Conciliis.

123 *Item exceptiones de geſtis Chalcedonen*
& Conſtantinopolitani ſecundi. Sunt quo
lectanea ex eodem Concilio, vel Excerp

124 *Diſputatio Liberij papæ & Conſtãtij Imp*
quæ eſt imperfecta eo quòd vltimum fol
lium, nempe 264, lacerũ ſit in Codice illo
cinctenſi m. ſ. complectitur autem liberta
nimi & generoſitatem Liberij cum eiuſde

lio longè indignissimo. totam, qualis qualis illic inuenitur, subiecimus.

Hæ sequentia sunt in Codice Isidorico Aquisinctensi m.s. fol. 3. pag. 2.

Item Annotatio Synodorum quarum gesta in hoc Codice continentur.

PRima annotatio Anquiranæ Synodi, quæ ante Nicenam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem prius ponitur, in qua Patres xviij statuerunt canones viginti quatuor quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus Episcopus extitit.

Secunda Neocæsariensis quæ post Anquiranam & ante Nicenam legitur fuisse in qua Patres xvj statuerunt canones xiiij quorum auctor maxime Vitalis Salaminus extitit.

Tertia Gangrensis quæ post Nicenam legitur fuisse in qua Patres xvi statuerunt canones propter quasdam necessitates Ecclesiasticas, maximè contra Eustasium qui dicebat quòd nullus in coniugali ordine positus, nec vllus fidelis qui non omnibus renunciaret quæ possideret, spem apud Deum haberet; & multa alia venenosa quæ enumerare longum est.

Quarta Sardicensis in qua patres lx statuerunt canones xxi quorum author maximè Hosius Cordubẽsis Episcopus & Vincentius Capuanus Episcopus & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatus extiterant.

Quinta Antiochena in qua patres xxx statuerunt canones 25. quorum author maximè Eusebius Palestinensis episcopus extitit.

Sexta Laodicẽsis in qua patres xxỳ statuerunt canones lviij. quorũ auctor maximè Theodosius episcopus extitit.

Septima

Septima Karthaginensis in qua Patres ccxxv[i]
runt canones xxxiij quorum auctor maximè A
Karthaginensis Episcopus extitit; etiam sanctu
stinus Hipponensis Episcopus in eadē Synodo legi
se temporibus Honorij Augusti.

Octaua Africana sub Theodosio minore A
qua Patres ccxiiij recitauerunt & firmauerun
cv. qui per diuersa Concilia Africana promul
ribus Aurelij Karthaginis Episcopi leguntur
scripta.

Nona Arelatensis in qua Patres DC. sta
nones quorum Authores maximè Siluester u
Episcopus & sanctus Marinus Arelatensis
extiterunt, temporibus Constantini Augusti
dam asserunt.

Decima item Arelatensis in qua Patres xx
runt canones quorum Author maximè Cæsarius
tensis Episcopus extitit.

Vndecima item Arelatensis in qua Patr
tuerunt canones.

Duodecima item Arelatensis in vico Orti
Patres vndecim statuerunt canones quorū auctor
mè sanctus Cæsarius Arelatensis Episcopus exti

Tertia decima item Arelatensis in qua P
statuerunt canones quorum author maximè
Arelatensis Episcopus extitit.

Quarta decima Arausicensis in qua Patru
tuerunt canones quorum author maximè Hila
scopus extitit.

Quinta decima Epaonensis in qua Patres x
tuerunt canones xl quorum author maximè
Episcopus extitit.

Sexta decima Agathensis in qua Patres xx

uerunt canones quorum auctor maximè Cæsarius episcopus extitit.

Septima decima Aurelianensis in qua Patres lxxij statuerunt canones quorũ author maximè Aurelius Arelatensis episcopus extitit temporibus Clodouei Regis.

Octaua decima itẽ Aurelianensis in qua patres xxxj statuerunt canones quorum author maximè Melanius Redensis Episcopus extitit.

Nona decima item Aurelianensis in qua Patres xxiij statuerunt canones quorum auctor maximè sanctus Albinus Andegauensis extitit.

Vigesima Aruernensis in qua Patres xv statuerunt canones quorum author maximè Honoratus Briuatensis episcopus extitit.

Vigesima prima Maticensis in qua Patres xxj statuerunt canones quorũ author maximè Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

Vigesima secunda item.

Quæ sequuntur sunt in Isidoro Aquiscinctensi m. s. fol. 61.

Incipit Præfatio Niceni Concilij.

BEatissimo Siluestro in vrbe Roma Apostolicæ sedis Antistite, Constantino Augusto, & Licinio Cæsare, Consulatu Paulini & Juliani virorum clarissimorum, ab Alexandro millesimo tricesimo sexto anno, mense Julio xiij Kal. Iulij; propter insurgentes hæreses fides Catholica exposita est apud Niceam Bitiniæ quam sancta & reuerentissima Romana complectitur & veneratur Ecclesia. quippe quam trecenti decẽ & octo patres mediantibus Victore atque Vincẽtio religiosissimis Romanæ sedis presbyteris inspirante Deo ad obstruenda Arrij venena protulerunt. nam & nonnullæ regulæ subnexæ sunt, quas memorata suscipiens confirmauit ecclesia. Sciendum est

sanè

sanè ab omnibus Catholicis, quoniam sancta Eccl
mana nullis synodicis decretis prælata est, sed
voce Domini & Saluatoris nostri primatum obt
dixit beato Petro Apostolo, Tu es Petrus & su
petram ædificabo Ecclesiā meam, & portæ inf
ualebunt aduersus eam. & tibi dabo claues r
& quæcunque ligaueris super terram erunt l
cœlo, & quæcunque solueris super terram eru
in cœlo. Adhibita est etiam societas in eadē
vrbe beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis
vnoq; tempore gloriosa morte cum Petro su
Nerone agonizans coronatus est, & ambo pa
siam sanctam Romanam Christo Domino co
aliisq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo su
atque venerando triumpho prætulerūt. & licē
bus assidua apud Deum omnium sanctorum
oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus
Romanis proprio chirographo pollicetur dicens
nim mihi est Deus cui seruio in spiritu meo in
filij eius, quòd sine intermissione memoriam
in orationibus meis. Prima ergo sedes cœlestis
mana Ecclesia quam beatissimi Petrus atque P
martyrio dedicarunt; Secūda autem sedes apud
driam beati Petri nomine à Marco eius discip
euangelista consecrata est, quia & ipse in Æg
mus verbum veritatis directus à Petro prædica
riosum suscepit martyriū; cui venerabilis succes
lius: Tertia verò sedes apud Antiochiam eius
Petri Apostoli habetur honorabilis, quia illic pr
Romam veniret habitauit & Ignatium episcop
stituit, & illic primum nomen Christianorum
gentis exortum est. Nam & Hierosolymitanus
pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur hon

maximè quoniam illic primus beatissimus Iacobus, qui dicebatur iustus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est Episcopus ordinatus. Itaque secundum antiquorum Patrum definitionem sedes prima in Hierosolymis minimè dicitur, ne fortè ab infidelibus aut idiotis sedes Domini nostri Iesu Christi quæ in cœlo est in terra esse putaretur. est enim sedes eius cœlum, terra autem scabellum pedum eius. quoniam ipse est per quem omnia facta sunt & sine quo factum est nihil. quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula seculorum. Apud Ephesum verò beatissimus Ioannes Apostolus & Euangelista multo tempore post Domini resurrectionem & ascensionem in cœlos diuina inspiratione euangelium conscripsit, atque requieuit. Et ob hoc Episcopus Ephesinus pro tanti Apostoli & Euangelistæ memoria cæteris Episcopis mitropolitanis in Synodis honorabiliorē obtinet sedem. Sed quoniam de Concilio Niceno disserendum est quæ hoc fecit causa vt post illam Apostolorum glorioßissimam prædicationem quæ in omnem terram mirabiliter diffusa est sub Constantino Augusto tanti congregarentur Episcopi, Rufini nobis decimus liber, qui cōiunctus est nouem libris ecclesiasticæ historiæ quos vir eruditissimus Eusebius Cæsariensis edidit, necessariò profertur in medium; vt parua eius quæ inter initia de Arrij peruersitate conscripta sunt memorētur. quia dubium nō est ideo trecentos decem & octo sanctissimos Patres ex vniuerso Orientali orbe in Niceam Bithiniæ congregatos, vt Arrij impium dogma Christi auxilio funditus damnaretur, & salubri prouidentia constituerent quid in sancta Catholica Ecclesia debeat obseruari. Item ad locum ex libro decimo Rufini. Igitur cùm apud Alexandriam post Achillam, qui Petri martyrio successit, suscepisset Alexander

sacerdotium, quia pax nostris & quies à persecu-
erat, atque Ecclesiarum gloria Confessorum meri-
debat, prosperitas rerum nostrarum domestica con-
ne turbabatur. Etenim Presbyter quidam apud A-
driam nomine Arrius vir specie & forma ma-
virtute religiosus sed gloriæ laudisq; & nouitat-
bæ percupidus, praua quædam de Christi fide pro-
quæ arte inquisitionis inuenerat cœpit. Absci-
ac separare ab illa æterna & ineffabili Dei Patr-
tia vel naturæ filium conabatur. Quæres in Ec-
rimos cõturbabat. Sed cùm Alexander Episcop-
lenis & quietus assiduè cõmonitionibus Arrium
prauo incœpto & assertionibus impiis renocare
res ex sententia procederet, & quòd plerosque
tagio pestiferæ assertionis infecerat non solum
xandriam verùm & per alias vrbes prouincia-
serat, perniciosum fore credens si dissimularet,
consacerdotibus suis rem indicat. quæstio latiùs
Sermo vsque ad aures religiosi Principis, quis-
studio & diligentia curaret quæ nostra sunt,
Tum ille ex sententia sacerdotum apud vrbem
Episcopale Concilium conuocat. ibiq; Arrium
cem & octo Episcopis residentibus adesse iube-
propositionibus & quæstionibus iudicare. Sed in
admirabile factum Principis non puto reticen-
nim cùm ex omnibus pene locis Episcopi cõuen-
fieri solet, diuersis ex causis inter se quædam
lissent, interpellabatur frequenter à singulis of-
libelli; culpæ proferebantur; & magis ad hæc,
pro quo fuerat ventũ animos dabant. At ille, vi-
per huiusmodi iurgia causa summi negotij fru-
diem certum statuit quo vnusquisque Episcop-
querimoniæ habere videretur, deferret. cùm re-

cepit à singulis libellos: quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quod contineretur aperiens, ait ad Episcopi; Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vo- « bis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis re- « ctè iudicamur; vos autem non potestis ab hominibus iudi- « cari, propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium « & vestra iurgia quacumque sunt ad illud diuinum refer- « uentur examen. vos etenim nobis à Domino dati estis dij; « conueniens non est vt homo iudicet deos, sed ille solus de « quo scriptum est, Deus stetit in synagoga deorum in me- « dio autem deos discernit. & ideo his omissis alia quæ ad « fidem Dei pertinent absque vlla animorum contentione « discutite. Cùm hæc dixisset, omnes querimoniarum libel- « los iussit exuri ne innotesceret illi odium & suggillatio sacerdotum. Verùm cùm per dies multos in Episcoporum Concilio de fide quæstio verteretur, & nonnulli diuersa sentirent, ac vehementer cœptis Arrij faucrent, plures tamen erant qui impium exsecrarentur incœptum. cumq; in eodem Concilio esset Confessorum magnus numerus sacerdotum, omnes Arrij nouitatibus aduersabantur; Fauebant verò ei viri in quæstionibus callidi & ob id simplicitati fidei aduersi. quantam verò habeat virtutem fidei simplicitas, etiam ex his quæ ibi gesta sunt cognoscimus. etenim cùm pro studio religiosi Imperatoris ex omni terra Sacerdotes Dei coissent, opinione commoti philosophi quoque & dialectici valde nobiles & opinatissimi conuenerunt. In quibus, quidam insignis in arte dialectica per dies singulos conflictum summi certaminis cum Episcopis nostris viris æquè in dialectica non improbabiliter eruditis mouebat; & fiebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris. Nec tamen vllo genere Philosophus concludi à quoquam poterat aut constringi; tanta enim

dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt
ximè putaretur astrictus, velut anguis lubricus
tur. Sed vt ostenderet Deus quia non in sermone
Dei sed in virtute consistit, quidam ex confessi
plicissimæ naturæ vir, & nihil aliud sciens nisi C
Jesum, & hunc crucifixum, inter cæteros aud
scopos, aderat. qui cùm vidisset Philosophum
nostris, & callida se disputationis arte iactan
ab omnibus locum; velle se paucis cum Philos
cinari. tum verò nostri, qui simplicitatem viri
tiam (in sermone dumtaxat) nossent, pauere, C
dorem quendam pati, ne fortè apud callidos
sui efficeretur sancta simplicitas. Persistit ta
& hinc mouit sermonis exordium. In nomine
su Christi, Philosophe audi quæ vera sun
nus est, qui fecit cœlum & terram, quiq
quem de terrę limo formauerat spiritum
uersa quæ videntur sibi virtute verbi sui c
spiritus sui sanctificatione firmauit. hoc v
sapientia quam nos filium dicimus, huma
ratus errores, ex virgine nascitur; & per
mortis à perpetua nos morte liberauit, a
ctione sua æternam nobis contulit vitam,
pectamus iudicem omnium quæ gerimus
turum. credis hæc ita esse Philosophe? a
nunquam vllum sermonem contradicen
set, ita obstupefactus virtute dictorú mut
nia, hoc solum potuit respondere, ita sibi v
aliud verum esse quàm dixerat tum senior;
quit, si ita esse credidisti, surge & sequere m
minicum & huius fidei signaculum susci
philosophus Christianus effectus, tandem se
est victum. In illo etiam Concilio fuit Pasnutius

Dei, Episcopus Ægypti. in quo tanta virtute inerat gratia, vt signa per eum non minus quàm dudum per Apostolos fierent. quo etiam in tempore & Spiridion Cyprius Episcopus insignis habebatur: tales igitur in illis adhuc temporibus multi viri in Ecclesiis Domini refulgebant, ex quibus plurimi in illo Concilio fuerũt. Interea per dies singulos agitabatur conuentus, nec facilè aut temere tanta statuere audebant. & vocabatur Arrius frequenter in Concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur; & quod aduersum hac tenere deberent ac statui, summa cum deliberatione quærebatur. Verùm post diuinum multumq; tractatum, placuit omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur, homoousion *conscribi debere, id est eiusdem cum patre substãtiæ filium confiteri. idq; firmissima omnium sententia pronunciatur. decem & septem solitum fuisse dicuntur quibus Arrij magis fides placeret, extrinsecus creatum Dei filium ex nullis substantibus & non ex ipsa Patris Deitate progenitum confirmantes. defertur ad Constantinum sacerdotalis Concilij sententia. ille tanquam à Deo prolatam veneratur; cui si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientem in exilium se protestatur acturum.*

Ex eodem Isidoro m. s. fol. 159. inter Damasi decreta.

QVOD OMNIS DE FILIO DEI ET Spiritu sancto male sentiẽtes similes sint Iudæis. & de vnitate Trinitatis.

Quodsi quis patiatur Deum Patrem & Deum Filium & Spiritum sanctum deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiam, quam credimus esse, & scimus, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Deum subtrahens, aut Filium aut Spiritum sanctum, ita solum

existimet esse Deum Patrem dici aut credi vnū D
anathematismus omnibus, immò Iudæis; quod nun
rum in Angelis & in Sanctis omnibus à Deo est
& donatum. de Patre autem & Filio & Spiritu
propter vnam & æqualem diuinitatem non nomi
sed Dei nobis ostenditur atque indicatur; vt cu
quia in Patre & Filio & Spiritu sancto solūmo
Zamus, & non in Archangelorum nominibus a
lorum, quomodo hæretici aut Iudai aut etiam C
mentes faciunt. hac ergo est salus Christianor
dentes Trinitati. i. Patri & Filio & Spiritui
eam veram solamq; vnam diuinitatem & pote
iestatem & substantiam eiusdem deitatis, fate
damus. dicit quoque beatus Isaias, Propter
tacebo, & propter Hierusalem nō quiescam
egrediatur vt splendor iustus eius & saluato
lampas accendatur. Profectò Catholica Eccl
vera consistit Sion & ciuitas Christi cœlorum
tot annorum spacia expugnata ab aduersantibu
dei, qui neque Deum timent neque hominem re
sed incassum producentibus pias & canonicas
bo doctrinas; dum & aduersis tantisq; quæ in
sine scripto contestationibus inuitati fuissent com
priam & sepelire hæresim; sicuti & per anteri
tionem luculētiùs demonstratum est tā per libe
per suggestiones reuerendissimorum Sacerdotu
rabilium Abbatum. Apostolo protestante nobis
nem hæreticum post primam & secundam cor
euitare debeamus; scientes quia subuersus est hu
& delinquit, proprio iudicio cōdemnatus. nullom
tet nos deinceps tacere aut quiescere, ne quoqu
qui iudicemur, odibilē Deo pacem amplectentes
scriptum est, Zelaui in peccatoribus pacem

rum videns. *& dicatur etiam de nobis*, sacerdotes mei contempserunt legem meam & polluerũt sanctuaria mea, inter sanctum & prophanum non habuêre distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt; *sed consurgere cũ Deo & consistere promptè, & induentes arma spiritus aduersus malignantes contra fidem eius, vt probemus spiritus sapienter, id est verba illorum, si ex Deo sunt. scriptũ est enim in Hieremia*, Probatorem dedi te in populo meo robustum & scies & probabis viam eorum. *multum namq; nobis necessaria est vigilantia, & tantum diuinum sapientiæ discretionis quæ occulta tenebrarum reuelat ad requisitionem huiusmodi rei & scrutationem. quoniam latet quodammodo & absconditur, vixq; comprehenditur, dolosa existẽs malitia, pro eo quòd sibi pietatem callidè blãdiatur vt valeat scrutantium mentem latère. quod vtique sciens beatus Apostolus ait*, Nam huiusmodi pseudoapostoli operarij subdoli transfigurãtes se in Apostolos Christi. *sed non mirum, ipse enim satanas transfigurat se velut angelum lucis; & non mirum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis secundũ operæ eorum. Sed & Dominus in hoc præmuniens nos, ait*, Attendite à prophetis falsis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos. *ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum Dauid*, Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine & lumen semitis meis. Quoniã ipsius est, *sicut ait beatus Daniel*, prophetia; sapiẽtia & fortitudo eius sunt; dat sapiẽtiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam; ipse reuelat profunda & abscõdita, & nouit

in tenebris constituta,& lux cum eo est,quia fi
tiam & fortitudinem dedisti mihi & ostẽdisti
quæ rogaui te. *Cum ope diuina vniuscuiusque*
conscripta qui per nouitatis commentum accus
de venerabili nostro scrinio obsecundantibus no
nabiliter offerentibus solertiùs intendamus.

INTER LEONIS PRIMI P
Epistolas est rescriptum Flauiani Cons
politani capitulis constans quattuor,in
tertio post hæc verba, *Valentini & Apol*
parans sectam, vsque ad finem totius rei
habet Isidorus m.s. Aquiscinctensis fol
versa. secus quàm Surius Tomo 1. pag

HOs enim diuulgauit auctoritas & censura
quos potuimus emendare correximus,& t
rent Manicheum cum prædicatoribus & disci
publica in Ecclesia confessione & manus sua co
compulimus, & ita de voragine impietatis su
pœnitentiam concedendo leuauimus.
iiij. Aliquanti verò qui ita se demerserant, v
his auxiliantis posset remedium subleuare,subdi
secundum Christianorum Principum constituta,
ctum gregem sua contagione polluerent,per publ
ces perpetuo sunt exilio relegati;& omnia quæ ta
pturis quàm in occultis traditionibus suis habe
na vel turpia, vt nosset populus quid refugeret
vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifes
probauimus. adeò vt ipse qui eorum dicebatur Epi
nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis q
ret, sicut gestorũ vos series poterit edocere. ad sin
nem enim vestram etiam ipsa direximus. Quib
omnia quæ à nobis deprehensa sunt nosse poterit

quantos de his quos ne absoluerentur arctior reatus involuerat cognouimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per acolytũ nostrum; vt effecta certior sanctitas vestra sollicitiùs agere dignetur & cauiat, nec vbi Manicheæ peruersitatis homines plebes vestras facultatem lædendi & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi eos qui sunt perditores & perditi, Zelo fidei Dominicæ persequamur, & à sanis mentibus (ne pestis hæc latiùs diuulgetur) seueritate qua possumus abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt qua debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandos eos necubi occultandi se reperiant facultatem. Vt enim habebit à Deo dignæ remunerationis præmium qui diligentiùs quod ad salutem commissæ sibi plebis perficiat fuerit exsecutus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data 3. Kalend Februarij Theodosio 8. & Albino viris clarissimis Consulibus.

INCIPIT ALTERCATIO LIBERII Papæ & Constantij Imperatoris. desumpta ex Codice Isidorico Aquiscinctensi m. s. fol. 263, pag. 2.

COnstantius Imperator dixit; nosse te volo, quòd Christianus sis & Episcopus nostræ ciuitatis, dignũ hoc iudicauimus vt euocantes te moneremus, quãuis communionem sceleratissimi Athanasij & ineffabili superbia detenti abnegare non differas: hoc enim terrarum orbis bene fieri comprobauit, & synodalis sententia alienum ab Ecclesiastica communione decreuit. Liberius Episcopus;

O Imperator iudicia Ecclesiastica decet cum m
proferri iustitia ; quapropter , si videtur pius
disceptationem iube constitui ; & si apparuerit
nasius condemnatione dignus , tunc secundum
stica consequentiæ formam proferatur in eum
tentia . non enim possibile est condemnari
quo nihil est examinatum. Constantius Imp
xit ; vniuersus mundus iam iudicauit eius fa
ille , sicut ab initio , tempus eludit . Liberius
dixit ; Quicumque subscripserunt , non ip
quæ gesta sunt ; sed propter gloriam & timo
à te contumelias paterentur , adquieuerunt.
dixit ; quid est gloria , & timor , & contu
berius Episcopus dixit ; quicumque gloriam
ligunt , tua magis dona præponunt. quæ erg
derunt, non examinantes adiudicauerunt; qu
stianitatis alienum. Imperator dixit; in facie
demnatus est , in Concilio Tyri, & in Concilio
pariter decreuerunt omnes totius orbis Episco
Episcopus dixit; nunquam in præsentia sui hom
dicatus est. quicumque enim huc conuenientes
nauerunt eum , discedente Athanasio à iudic
tiam protulerunt. Eusebius eunuchus dixit; f
Concilio alienus à Catholica fide probatus est.
dixit ; quinque soli iudicauerunt ex his qui cum
gio venerunt in Mareote, quos miserunt ad
nem eius, vt contra eum gesta conficerent. hor
qui destinati sunt duo mortui Theognius & T
reliqui verò tres viuunt, hoc est, Mares, Valen
sacius . ab his qui missi sunt , Sardicæ propter h
sam Synodus celebrata est . qui in synodo libellu
runt , veniam postulantes, quoniam in Mar
calumniam ex vna parte contra Athanasium

iuris præcipuè priuati. sed commodissimè cecidit vt hic titulus in iuris publici & priuati confinio poneretur, vbi simul vtrique possit iuri tam publico quàm priuato subseruire: de quo quidem iure priuato personis Ecclesiasticis incumbente nunc tandem dicamus. publici namque iuris Ecclesiastici huius executioni soli studere satis omnino non est; priuatis etiam ius administrãdum est. quocirca alteram personarũ Ecclesiasticarum inspectionem prædiximus esse, quatenus hæ iuri præsunt priuato seu negociorũ priuatorum disceptationibus, tanquam iudices. quid iudicis cuiusque sit proprium præmittitur [a], quid iudicibus omnibus ex æquo commune sit subijcitur [b]. Iudices enim alij sunt ordinarij, alij ab ipso Põtifice singulis in causis delegati [29] qui propterea quoque priore disponũtur loco: quibus & Legatus [30] Apostolicus id est Pontificius frequẽter accedit, qui prẽterea longè maius & augustius quid plerunque suis in mandatis habeat; siue mittatur à Pontificis latere singulariter, siue cùm degat alibi munus legationis absenti deferatur à Pontifice, siue denique qua dignitas Ecclesiastica hunc perpetuæ legationis honorẽ sibi semper habeat annexum. primus nominatur legatus à latere, (sic in causa boni illius Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani sua sede turpiter & indignè deiecti legatos Romã sibi nunc

30 Secũda personarũ Ecclesiasticarum consideratio, vt iudicum.

Tit. 29. DE OFFIC. ET POTES. IVDICIS DELEGATI.

Tit. 30. DE OFFIC. LEGATI.

31 Legatorũ tria genera.

nunc ex latere nunc è latere Michaëlis Imperatoris mitti desiderabat Nicolaus a PP. 1. vir singularis omnino sicuti tum doctrinæ tum pietatis ita quoque tũ fortitudinis tum constantiæ.) secundus legatus absolutè, tertius legatus natus. quales quidem Legati nati numerantur Archiepiscopi quattuor, Eboracensis, Cantuarien-sis, Remensis, Pisanus. Licèt autem legatus Apostolicus maior procul dubio sit aliquo delegato Pontificis, tamen quia principaliter hic agimus de personis & quotidie & vbique ad iudicandum dari solitis, non immeritò delegati ponuntur ante Legatos, vt quos neque semper nec vbique contingit interuenire. Sequuntur ordine suo iudices Ordinarij 31, quibus nimirum iurisdictio cõpetit Ecclesiastica suos in subditos ex ipsa vi suæ Prælaturę, ita vt non sit opus extra ordinem adire Pontificem pro alio iudice habẽdo. quales ordinarios esse constat omnes & singulos Episcopos in sua quemque diœcesi siue de lege quæratur diœcesana b siue de lege iurisdictionis; item siue de iure publico siue priuato. Nam tametsi principaliter hic agatur de Iurisdictione contẽtiosa deque litibus priuatorũ dirimendis, in genere tamen vniuersum describitur Ordinarij munus etiam quoad ius publicũ. nec enim tam vel scrupulosè vel superstitiosè nec ad amussim possunt omnia quæ iuris publici sunt ab iis quæ iuris priuati

a *Vide epistolã Nicolai PP. 1. ad Michaelẽ Imperatorẽ.*

32
4. Legati nati.

Tit. 31. DE OFFIC. IVDICIS ORDINARII.

b *c. dilectus filius. hoc tit.*

sunt vbiq; vel separari vel distingui quin multa sæpe misceantur. Ac abundè sufficere debet artibus disciplinarum tradendarum, si quæ principaliter in vnoquoque genere spectantur ea sint paulò conspectiora & eminentiora. quo Consilio factum esse reor, vt quoniam hic principaliter spectatur Iurisdictio, titulus hic inscribatur non simpliciter *De officio Ordinarij* sed cum determinatione quadam *De officio iudicis Ordinarij* quantumuis de vniuerso tractet Ordinarij cuiuslibet officio præsertim summa quapiam in dignitate cõstituti. Post explicatum proprium cuiusque iudicis tã extraordinarij quàm ordinarij officiũ, consequens est vt communia iudicibus quibuslibet præcepta tradantur, ac nominatim quæ strictiore significatione dicũtur ad officium[32] pertinere iudicis; vt, exempli causa, dare litigantibus aduocatos[a], quæ desunt subinde supplere, similiaq; plurima facere; cùm latissimè pateat iudicis officiũ, siue sponte sua moueatur siue requiratur à partibus; itẽ siue de plano quid faciat siue solenniter, postremò denique siue mercenarij sit illud quod facit officij siue nobilis, vt ab interpretibus nostris maximè practicis neque fortassis ineptissimè distinguitur[b]. Hactenus ostẽsum fuit quidnam in personis Ecclesiasticis tum quoad ius publicũ tum quoad priuatum spectetur seorsum separatimque, nunc breuiter adden-

33 Artibus disciplinarũ tradendarũ quid sufficiat.

34 Cõmunia iudicibus omnibus.

Tit. 32. DE OFFIC. IVDICIS.

35 Ordinis ratio.

addendum est quidnam communiter & coniũctim de personis Ecclesiasticis omnibus tam publici quàm priuati iuris exercitium sustinentibus in Ecclesiastica sit Hierarchia statuendum pro totius Ecclesiasticæ disciplinæ conseruatione. qua in re *Caput* 33 est, vt superiores imperent, inferiores pareant & obediant; vtpote quo præcepto semel violato, necesse fuerit vniuersum Christianismi regimen dissolui. superior autem vel maior quis in Ecclesia dicitur ferè quadrifariam; vel nimirũ ratione dignitatis [a] atque potestatis Ecclesiasticæ, vel prærogatiua conferentis ordinem [b] Ecclesiasticum, vel ordinum eorundem Ecclesiasticorum gradu [c], vel denique temporis antiquitate [d]. quę cuncta luculenter hoc explicãtur titulo; ne quid interim dicam de secularis potestatis & vniuersæ Iurisdictionis laicę quantumlibet vel Regiæ vel Imperatoriæ, quæ Ecclesiasticæ debet obedire potestati, subiectione [e]. quandoquidem reuera gladius vterque, quamuis aliter ac aliter, in potestate Petri seu Romani Pontificis [f] est; cui subesse, pronunciatur [g] esse de necessitate salutis: & meritò, cùm extra Eccleſiã nulla sit salus. qua de re satis cùm in huius cõmentationis primo tũ alibi diximus. vnde maximum præsentis tituli pondus patescit & vsus eluceſcit.

Supereſt quartum libri huius membrũ, de remediis rei controuersiæ vel per nos

Tit. 33. DE MAIORITATE ET OBEDIEN.

36 Totius Ecclesiasticæ disciplinæ conseruãdę ratio summa.

37 4 modis alter altero maior.

38 Vterq; gladius est Põtificis.

39 Põtifici subesse, de necessitate salutis est.

40 Totius huius libri pars 4. de sopiẽda cõtrouersia sine iudice;

a bot. hoc tit.
b c. pertuat. hoc tit.
c c. statuimus. hoc tit.
d c. 1. hoc tit.
e c. solute. hoc tit.
f c. 1. de maioritat. et obed. in Extrauag. communi.
g d. c. 1. in fine.

vel aliter amicè potiùs consopiẽdę quàm per iudicem dirimendæ. quod procul dubio satius est plerunque, quantumlibet & secundum Deum & secũdum iura omnia causam foueamus optimam & personæ iudicum nobis etiã summè sint propitiæ. rationes negotij sopiendi generaliter hic duæ proponuntur; vna per mutuam concordiam, altera per virorũ bonorum interuentionem. de cõcordia mutua quæritur vel inter summos Principes ipsos aut superiorem non agnoscẽtes aut eundem superiorem contemnẽtes atque cum illo contendentes belloque concertantes, vel inter priuatos. inter Principes quidẽ nũc ad tempus, vt induciis, nunc in perpetuum, nẽpe pace, gratia coit: de talibus enim principaliter hic agi testimonio sunt præsentis tituli capitula, præsertim iũctis illis quæ traduntur eadem de re in Extrauagantibus communibus vbi Concordatorum inter Pontifices & Reges Francorum fit mentio. quanquã & alia nonnulla de temporibus vacationum à litibus deque temporibus anni clausis quæ vulgò vocantur hic interserũtur. inter priuatos verò nũc pactis nunc trãsactionibus res componitur. Atque belligerantium tum inducias tum pacem rectè dixeris etiam vel pacta vel conuẽtiones. quo fit vt rotundiùs fortè quis dicere mallet, Controuersias omnes vel conuẽtionibus consopiri vel arbitriis; atque conuentionum

41 Duplex ratio negocij fit sopiẽdi, conuentionibus nimirum vel arbitriis.

Tit. 34. DE TREVGA ET PACE.

42 Cõcordata inter Principes.

Tit. 35. DE PACTIS.

Tit. 36. DE TRANSACTIONIBVS.

alias

alias esse publicas alias priuatas: atqui res eôdem redit. Interuentione bonorum virorũ res vt plurimùm certiùs finitur per compromissum in arbitros, quàm aliter. Quoniam verò, sicut ait Iurisconsultus [a], compromissum ad similitudinẽ iudiciorum redigitur & ad finiendas lites pertinet, duo quędam hic de arbitris præcipuè proponuntur; vnum de causa hinc inde diligenter instruenda coram arbitris; alterum, de causa deinceps per eorundẽ arbitrorum sententiam finienda, non secus atque fit coram iudicibus. Instruitur autẽ causa postulationibus [37] & allegationibus variis atque multiplicibus. postulat quis vel per se vel per procuratorem [38]. procurator nunc singulorum nunc alicuius est vel ciuitatis vel collegij vel corporis cuiuslibet alterius: ille propriè strictéque procurator, hic syndicus [39] nominatur. Inter allegationes, multis magnisque de causis, frequentissimus est vsus restitutionis in integrum: cuius etiã vel ob hoc solum singulariter fit hic mentio, quemadmodum & in Pandectis & in Codice, quòd occasione postulationis & procuratoris vel Syndici nõ raro ad restitutiones in integrum recurrere sit necesse. nam alioqui cæteræ litigantium allegationes ad plenam causæ instructionẽ pertinentes, commodiùs tractantur libro sequẽti. Restitutiones in integrum nunc actionis iure [b] petũtur, nunc ex mera magistratus

[a] l. 1. ff. de Recept. qui arbit. recep.

[b] l. 1. tit. quod metus causa. & toto tit. de dolo malo. ff. & C.

43 In arbitriis dico requiri, causę instructionẽ & sententiam.

Tit. 37. DE POSTVLANDO.

Tit. 38. DE PROCVRATORIB.

Tit. 39. DE SYNDICO.

44 Cur de restitutionib. in integrũ hic agatur.

Tit. 40. DE HIS QVÆ VI METVSQ. CAVSA FIVNT.

Tit. 41. DE IN INTEGRVM RESTITVT.

Tit. 42. DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA.

Tit. 43. DE ARBIT.

LIBER SECVNDVS.

cognitione [a] pendent & officio iudicis. actionis iure, sicut ex causa metus [40]; officio iudicis, ex causis restitutionũ variis [41], & maximè quãdo lęsa fuit Ecclesia. causis his adnumeratur, & quidẽ inter actionis [b] alienatio [42] rei vel actionis facta cuipiam ab vno litigaturo in fraudẽ alterius litigaturi, ad opponendũ scilicet ei aduersarium durioré, & ad mutãdum quod futurum timebatur iudiciũ seu litem. Postulationibus allegationibusq; tandẽ peractis, nihil restat quàm vt ab arbitris, modò rectè sumpti [43] fuerint, sententia feratur.

Liber Decretalium secũdus vniuersam prosequitur ordinis iudiciarij rationẽ ac viam seu modum; siue de ciuilibus quęratur causis, ad quas tamen præcipuè totus hic pertinet liber, siue de criminalibus præsertim quoad instruendæ finiẽdæque causæ rationes. licèt enim diuersus mstituendi ordinãdíve iudicij modus in vtroque sit causarum genere, probandi tamen finiendiq́ue modus penè reperitur idem. pro totius igitur huius libri secundi summo seu genere seu capite ponitur Ordo iudiciarius vel causæ cuiuslibet in iudiciis peragẽdæ modus. Totius ordinis huiusce partitio cõmodissimè fit in tria principalia membra; quorũ primum est de causa qualibet in iudiciis instituẽda [c] siue ordinanda id est ordine inchoanda, secũdum de eadem deinceps instruenda [d] seu probanda, tertium [e] denique de eadem dirimenda

45 Summum totius libri 2 Caput.

46 Totius Ordinis iudiciarij tres quasi gradus; litis institutio, litis instructio, litis decisio.

menda fineque debito tãdem terminanda. Quæ singula núc ordine videamus, litis institutionẽ, litis instructionẽ, litis diremptionẽ. quæ naturali prorsus ordine cohærẽt inter se, qui turbari neque debet neque verò facilè potest: vnoquoque litigante naturaliter hanc viã sine duce citraque difficultatẽ tenente. quorsus enim finem controuersiæ quis vel spectabit vel sperabit nisi primùm lis in iudicio moueatur & instituatur, deinde probationibus instruatur, postremò per iudicẽ finiatur? In instituenda vel ordinãda lite plurima spectãtur; quæ tamẽ facilioris methodi causa redigi poterũt in articulos principales numero quinque, qui sunt hi; videlicet, in ius [1] ad competẽtem iudicẽ vocatio [a], libelli oblatio [2] [b], litiscõtestatio [3] [c], iusiurandũ [4] calũnię [d], quæstionum intercurrẽtium [5] tractatio, hoc est, cõmodus & idoneus minimeque vel præposterus vel ipsis litigãtibus periculosus quæstionum variarũ in instituẽda rectè causa frequenter intercurrentiũ prudenter à iudice tractandarũ ordo ac modus [e]; vt, quando vel de dilationibus ac feriis, vel de cognitionum ordine, vel de plus petitionibus, vel de causa possessionis & proprietatis, vel de fructuum sequestratione, vel id genus aliis quæstionibus vt plurimùm lite pendente nascẽtibus, disceptatur. articulus ergo 5 est de quæstionibus intercurrẽtibus.

Qui quidẽ tractationis ordo singulis in

47 Naturalis ordo.

48 Instituendę litis articuli quinque. quæ prima pars est huius libri.

1
2
3
4
5

a tit. 1. & 2.
b tit. 3. & 4.
c tit. 5. & 6.
d tit. 7.
e tit. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

49 Ratio naturalis huiusce subdiuisionis.

his quinque articulis, & naturę litiũ conuenienter ordinandarum vel instituendarum respondet & apud omnes plerosque populos rectam rationem in iudiciis ducem sequentes obseruari solet. In ius vocatio principium est iudicij experiundi, postquã priuata monitione (quæ præcedere solet, immò secũdum veteres Canones debet [a]) nihil proficitur. In Pandectis hi duo tituli priores in vnum conijciuntur ita *De iudiciis & vbi quis agere vel conueniri debeat*, quod posterius nihil est aliud quàm de foro cõpetenti. multaque sanè sub his duobus titulis permixtè cõprehenduntur quæ sunt vnius eiusdéque penè generis, nimirum de Iurisdictione; nisi quòd sub priore titulo solo tum de illis inter cętera quęratur qui legitimam personam standi in iudiciis habeant vel non, vt de excommunicatis [b], de monachis [c], de templariis [d], de mulieribus [e], de minoribus [f]; tum de ipsa citatione [g] quam vulgus impropriè vocat, siue de in ius vocatione, deque proponendæ coram iudice rei gestæ [h] vel actionis modo. posterior autem totus titulus [z] ad Iurisdictionis locum fori've competentis disceptationem pertinet, vbi nimirũ quisque forum sortiatur. qua in re illud præ cæteris est memorabilius, Clericos in omnibus causis tam criminalibus [i] quàm ciuilibus soli esse iudici Ecclesiastico subiectos. adeò vt ne vel pro defectu quidẽ iustitiæ [k] trahi

Tit. 1. DE IVDICIIS.

50 Argumentum totius tituli.

Tit. 2. DE FORO COMPETENTI.

51 Clericorũ forum.

trahi possint à laicis ad iudicia secularia (cùm tamen è contrario iudex Ecclesiasticus etiam inter Laicos ius dicat quandocũque peccati[a] præcipuè vertitur materia, sicut & in defectum[b] iustitiæ secularis) vel renunciatione fori Ecclesiastici spontanea quantumlibet iurata[c] semetipsos iudici seculari subijcere, quinimmo ne Ecclesiastico quidem foro alteri seu alieno rectè semet submittũt, nisi proprij & ordinarij iudicis accesserit consensus[d].

Non minus vel memorabile vel præclarum est & hoc, omnes nõ Clericorum tantùm sed & scholarium quorumcũque quamuis non Clericorum causas, ex iuris Pontificij, quod longè benignius[e] & æquius est iure ciuili, decisionibus esse iudicandas[f]. Vocationẽ in ius ordine sequitur actionis editio seu libelli oblatio[g], qui litis futuræ speciem demonstret & ad cuius formam iudici sua dirigẽda sit sententia, quo in genere libellorum offerendorum rectè comparatum iure est vt si quid vicissim reus ab Actore sibi deberi dictitet, mutuis petitionibus quasi reciprocis libellis vno eodemque tractu res explicetur, actio scilicet & reconuentio quæ nũc appellatur. Tertius deinceps instituendę litis articulus erat *Litiscontestatio*[h] per quam propriè iudicium committitur vt veteres loquuntur, vel vt ait Paulus[g] iudiciũ accipitur; cùm hactenus per vocationem in ius & per libelli oblatio-

a c. nouit. de iud.

b c. licèt ex suscepto, de for. comp.

c c. si diligenti. de for. comp.

d c. significasti. de fo. comp.

e c. 2. de iuramẽt. calum. et alibi passim.

f c. quod Clericis. de for. cõp.

g l. amplius. ff. nem. ratã haberi.

52 Scholariũ causæ ex vtro iure sint iudicandæ.

Tit. 3. DE LIBELLI OBLATIONE.

Tit. 4. DE MVTVIS PETITIONIBVS.

Tit. 5. DE LITISCONTESTATIONE.

53 Litis cõtestatio quid sit & quomodo fiat.

nem non tam litigaretur quàm lis præparetur & inchoaretur. nam per litiscontestationem vterque [a] & actor & Reus in iure id est in iudicio alter petendo alter autẽ respondendo rem eô deducunt controuersam, vt iudicis deinceps partes ad eam legittimo tramite seu decursu iudiciali ventilandam & cognoscẽdam & dirimendam interponi debeant. ante quam quidẽ litiscõtestationem regulare [6] est vt nec testes recipiantur nec ad sententiã definitiuam procedatur. quæ tamen regula tum propter absentiã tum propter contumaciam Reorum tum etiam propter probationum postea fortè defuturarum periculum tum denique variis de causis frequenter exceptionem [b] patitur. Quartum diximus instituendæ litis articulum *Iusiurandum 7 calumniæ* ne scilicet vel temerè vel malitiosè homines ad litem seu intentandam seu suscipiendam prosiliãt, sed at bona fide procedant existimãtes atque credentes bonã sese litis experiundæ causam fouere. est enim iusiurandum hoc, vel (ne à nomine quo etiã Paulus [c] Ic^tus vtitur superstitiosiùs abstineamus) iuramẽtum, nõ veritatis sed opinionis, vel (vt forenses nostri loquũtur) credulitatis. quod in omnibus omnino causis esse præstandum iure post Iustinianũ [d] constituit Bonifacius [e] octauus, ne spiritualibus [f] quidem causis exceptis. quanquam in criminalibus reuera periculosum foret id à reis exige-

Tit. 6. VT LITE NON CONTEST. NON PROCEDATVR AD TESTIVM RECEPTIONEM VEL AD SENTENT. DEFINITIVAM.

Tit. 7. DE IVRAMENT. CALVMNIÆ.

54 In spiritualibus etiam causis iurãdum de calumnia.

exigere. quo iureiurando tamen in causis omisso, iudicialis processus non redditur propterea nullus[a]. Quinto discipiendum restat de quęstionibus illis intercurrentibus, quarū ferè triplex discrimen hic elucet; aliis ad oportunitatem commoditatemque[b] solius temporis 1 in lite prosequenda, aliis ad ordinem cognitionis iudicialis quādo præiudiciales[c] exoriūtur 2 quæstiones, aliis denique ad maiorē securitatem[d] 3 nunc actoris nunc Rei interim dum lis pendet, pertinētibus. primi generis esse cōstat varias dilationes[8] atque ferias[9] quibus à procedendo nōnihil interquiescitur: secūdi generis, exempla tria titulo peculiari[10] proponūtur; Cōsanguinitatis[e], quādo de matrimonio quęritur; naturalium[f] seu legittimitatis, vt vulgus loquitur, seu status, quādo de successione controuertitur; spoliationis[g], quādo illa in modum exceptionis obijcitur contra quemlibet actorem spoliatorem. Ad securitatem nunc actoris nunc rei pertinēt præcipuè hæc tria: debitus petitionis instituendæ modus 11, ne scilicet plus petendo malum sibimetipsi quasi turdus cacet; possessionis tuitio persecutióve potiùs 12 quàm de proprietate disceptatio, maximè contra spoliantem 13, cōpetens atque sufficiens aduersus latitātem 14 vel aliter dolosum & cōtumacem remedium vel prouisio, siue per missionem videlicet in possessionem 15 causa rei seruandæ (quan-

a 2. §. 1. ff. lib. 6.

b tit. & 9.

c tit. 10.

d tit. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

e c. 1. hoc tit.

f c. penult. hoc tit.

g c. 2. & vlt. hoc tit.

55 Intercurrētium quæstionū triplex genus.

1
2
3

Tit. 8. DE DILATIONIBVS.

Tit. 9. DE FERIIS.

Tit. 10. DE ORDINE COGNITIONVM.

Tit. 11. DE PLVS PETITIONIBVS.

Tit. 12. DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

Tit. 13. DE RESTITVTIONE SPOLIAT.

Tit. 14. DE DOLO ET CONTV.

Tit. 15. DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSA REI SERVAND.

Tit. 16. VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

Tit. 17. DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM ET FRVCTVVM.

56 Intercurrẽtium quæstionũ difficultas, maximè de trãseundo à rei vindicatione ad possessoriũ iudiciũ; itẽ de finienda lite dum alter litigantium cõtumax est; itẽ de primi secundiq; decreti interpositione.

57 Instructio litis pars huius libri 2ª.

Tit. 18. DE CONFESSIS.

Tit. 19. DE PROBATIONIBVS.

(quantumlibet alioqui lite pendente regulariter [16] nihil soleat innouari) siue per possessionum seu prædiorum vel rerum quarumcunque litigiosarũ fructuumque sequestrationem [17]. Quibus de rebus omniũ quæ sunt in hoc libro secundo grauissimis atq; subtilissimis nihil in hac tãta Synopsios Paratitlaris breuitate dici præstat quàm vel obscurè vel nimis breuiter imperfectũ quid adferri. quid enim difficilius disputatione hac, an instituta priũ rei vindicatione liceat interim suspenso hoc iudicio petitorio trãsire ad iudicium possessoriũ, siue de adipiscẽda [a] siue de recuperanda [b] quæratur possessione siue etiam de retinenda? nam de transeundo à possessorio semel inchoato interimque suspenso ad petitorium, nulla reperiuntur vsquam exempla, nec magnã certè videtur habere rationem. quid item perplexius quæstione de remediis finiendæ litis quando vel actor vel reus fit contumax & altera pars finẽ litis nihilominus vrget [d]? quidnam denique grauius cõtrouersiis de primi secundíve decreti natura & loco & vi, quotiescunque de missione in possessionẽ queritur [e]? Secundũ totius Ordinis iudiciarij membrũ diximus esse litis instructionem, qua partim cõsulitur actori [f] partim reo [g]. consulitur actori seu litem pro se instruit [t] actor vel per spontaneam Rei cõfessionẽ [18] vel per varia probationum [19] genera; aliis earũ nempe maiores

iores habentibus vires, aliis minores, aliis in subsidium dūtaxat adhibitis. potissima vis est in testibus[20] eorúque dictis atque testimoniis, quæ vocantur hic attestationes: quos quidem testes propter veritatis eliciendæ iurisque cūctis hominibus administrādi fauorem vel inuitos etiam cogi[21] par est vt testimonium dicant, idque non in ciuilibus causis tantùm sed & in criminalibus[a]. proximum in probando locum tenent instrumenta[22] seu tabulæ seu scripturę fideliter confectæ. minor est plerunque probandi vis in præsumptionibus[23]; quanquam & hæ subinde sunt efficacissimæ, quando nimirum iuris esse dicuntur atq; de iure, contra quas in contrarium probatio non admittitur[b]; licèt contra præsumptiones alias iuris tātùm, quantumlibet violentas, probatio nō denegetur[c]. subsidiariæ demum probationis genus est iusiurādum[24]. Reus autem è contrario suā instruit causam variis atque multiplicibus exceptionum[25] generibus, inter quas & præscriptionū[26] sunt iura. quibus defensionibus dum reus vtitur, & ipse superioribus illis omnibus tú cōfessionis aduersarij tum probationum formis vti poterit, vt qui constituitur eatenus actor. Tertium atque postremum ordinis iudiciarij membrum supereſt *Litis decisio* seu diremptio, quô totum tendebat vtriusque litigantis vel ipsius controuersiæ molimen, tanquam ad propriū suum

Tit.20. DE TESTIBVS, ET ATTESTATIONIBVS.

Tit.21. DE TESTIBVS COGENDIS VEL NON.

Tit.22. DE FIDE INSTRVMENTORVM.

Tit.23. DE PRÆSVMPTIONIBVS.

Tit.24. DE IVREIVRANDO.

Tit.25. DE EXCEPTIONIB.

Tit.26. DE PRÆSCRIPTIONIBVS.

58 Litis decisio, 3 pars huius libri.

a 11.3.9.11. quid est vlt.

b ext. in c. ii. qui filium. de spō sal. & matrim.

c ext. in c. literis hoc tit.

Tit.27. DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

Tit.28. DE APPELLATIONIB. ET RECVSATIONIB.

Tit.29. DE CLERICIS PEREGRINANTIBVS.

Tit.30. DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

suum finem; qui tandem finis obtingit per sententiam iudicis definitiuam 27 quę in rem abeat iudicatam. vtpote quam secutura mox est executio; sed quamdiu non abiit in rem iudicatam sententia, locus est appellationi 28, quæ sententiam causamque totam suspendit, quemadmodum facit & iudicis recusatio si modò quæ iustæ probentur huiusmodi recusationis causæ. quo in appellationis genere cumprimis illud præclarè comparatum est, vt si quis Clericus rebus suis protectioni Pontificiæ commissis iter arripuerit Romam 29 versus ad Pontificem, nihil in eius causa debeat interim innouari perinde atque si solenniter appellasset. Atque Pontificis quidē Confirmatio 30 quibuslibet in rebus vtiliter impetrata plenā parit iniustè vexatis vel vexari metuentibus, vt ratio postulat, securitatem. De sententia iudicum appellationis vel confirmatoria vel infirmatoria nullum hic verbum, ne gry quidem; sed sola de Confirmatione summi Pontificis vt supremi Principis.

LIBER III.

59 Causarum omniū Ciuilium partitio.

Post iura personarum, & vniuersam ordinis iudiciarij rationē satis explicatam, veniamus ad ipsa iudicia seu res ipsas hoc est causas & lites quæ solent in Ecclesiasticum deduci forum: de Ciuilibus nunc loquor causis; nam de criminalibus agetur deinceps a. Causas igitur Ciuiles partim diximus esse solorū Clericorum pro-

prias,

a De quibus tribus huius libri primordijs.

b De quibus res ipsa sunt omnes totius libri tituli.

c De quibus liber quartus.

prias, vt Ecclesiastica beneficia [a], partim communes tum Clericis [b] tum Laïcis vt sunt contractuum testamentorũque iura cum sacrorum & sacramentarum vsu, partim denique solorum Laicorum quales esse constat causas matrimoniales [c]. Liber hic tertius de duobus prioribus agit causarum generibus, quæ nimirum vel solos ad Clericos pertinent vel ex parte sunt etiam Laicis communes. Attamen quia potissimùm Clericos concernunt pleraque omnia quæ toto hoc libro traduntur, certè principaliter, commodiùs erit ita sermonem instituere in methodi vel artis ostensione seu partitione totius libri, quasi de rebus Ecclesiasticis & Ecclesiasticorum seu Clericorum solis atque de vniuerso illorum statu hic duntaxat ageretur: quandoquidem quæ communia sunt & Clericis & Laicis, ea nemo negauerit ad Clericos quoque pertinere. & verò ad Laicos non nisi obiter hic referuntur. Sed Clericorum seu hominum Ecclesiasticorum duplex est genus; alterum eorum qui rebus quidem diuinis operantur tam sacris faciendis & psalmis hymnisque per statas horas Deo decantandis dicendísve quàm sacramentis administrandis & sacris ad populum concionibus habendis, quibus rebus vniuersum ferè eorum officium continetur, attamen rebus ipsi suis atque seculo nõ renunciauerunt, cùm idipsum & Christus & Apo-

60 Totius huius libri partitio.

61 Quatenus hic etiã de Laicis agatur.

62 Clericorũ seu Ecclesiasticorũ duo genera.

& Apostoli liberũ cuique esse voluerint, vnde & seculares Clerici populariter appellantur: alterum genus est eorum qui ad veram & genuinam Apostolorum vitam propiùs accedentes omnia sua in cõmune contulerunt, arctius quoddam & à populi fece segregatius vitæ genus ingrediuntur, seculo renunciant, atque solitudines amãt; vnde Græca voce Monachorum nomẽ sortiti sunt & à certarum vitæ sanctiùs instituendæ regularum vinculis & obseruationibus nunc Regulares nunc Religiosi appellantur. de quo quidem vtroque hominum Ecclesiasticorũ genere tum promiscuè toto hoc libro agitur, tũ quædam peculiaria seorsum de monasticis interseruntur [a]. Atque vt commodissimus ordo tractandi perspiciatur, intelligendum est tria ferè esse quibus vniuersus & rerum & personarum Ecclesiasticarum status & ritè cõstituatur & accuratè quasi ad amussim exploretur. aut enim quæritur de variis Ecclesiasticorum [1] bonis [b] tum animi seu internis tum corporis tum externis, aut de iure [c] partim Ecclesiis partim hominibus [2] Ecclesiasticis aliunde debito, aut denique de eo iure quod vicissim [d] aliis hominibus [3] ab Ecclesia hominibusque Ecclesiasticis debetur. cùm nihil naturæ æquitatique magis consentaneum sit quàm vt qui commoda sentiunt iidem & onera quædam subeant ac ministeria seu officia quædã præstent.

63 Monachi, Regulares, Religiosi, quare sic dicti.

64 Tria totius huius libri membra.

1

2

3

65 Ordinis huius ratio naturalis.

istent. cuius quidem solius Ordinis ratio ex primis principiis cõsiderationis de homine desumpta videri potest; nam bifariã homo consideratur, primò nimirum per se sumptus & quatenus ipse secum quid agit, secundò vt animal sociale seu quatenus cum aliis communicat; quod ipsum duobus interim fit modis, dum scilicet quædam ipsi præstantur ab aliis, quędam aliis vicissim præstat ipse, mutuis nempe sic officiis humanam societatem retinentibus. Hæc igitur tria hic ordine explicabuntur, vtroque hominum Ecclesiasticorum genere tam seculari quàm regulari simul comprehenso, attamen post membrum secundum singulariter solorũ monachorum[a] facta mẽtione. Bonorum genera cùm tria sint, ex Aristotelis peripatheticorumque sententia quæ neque nostris improbatur, animi videlicet, corporis, & fortunæ, singula diligẽter per hunc totum librum considerantur in Clericis vel hominibus Ecclesiasticis, quatenus nimirum legislator Ecclesiasticus eorũdem bonorum rationem habẽdam esse ducit. ac primò quidem de bonis animi[b] pręcipuè, secundo de bonis etiam corporis[c], tertiò[d] de bonis fortunę vel externis agitur. Animi bona sunt virtutes ipsæ, quas cùm in omnibus omnino spectemus hominibus tum præcipuè in hominibus Ecclesiasticis qui toti populo se exemplũ & formam vitæ exhibere debent, requiri-

66 Primi mẽbri partitio.

a Rubr. 31. vsque ad tit. 38.

b tit. 3. n. 1.

c tit. 1. n. 2. 3. & 4.

d tit. 5. seqq. vsque ad 21.

Tit. 1. DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

mus; siue sobrietatem, siue modestiã, siue temperantiam, siue benignitatẽ, siue charitatem illam verè Christianã, siue victus habitus[a] cultus tenuitatem & mediocritatem, siue literarum pietatisque studium vnicum, siue precãdi ardorem, siue totius denique vitę integritatem & honestatem & simplicitatem & candorẽ respiciamus, vt quorũ tota vita sicut integerrima esse debet, ita peculiariter ab omni suspicione libidinis & turpitudinis venereæ liberrimos alienosque sese declarẽt necesse est; cùm nihil à puriſſimis illis & mũdissimis mysteriis diuinis alienius esse possit, quã polluti corporis polluta conscientia: sed è contrario cultus diuini perpetuitas & assiduitas in iis requiratur, eaque feruentissima. quamobrem quod ad bona quoque corporis attinet hæc duo quæ modò dixi, continentia seu ab omni veneris vsu abstinentia, & præterea in diuinis officiis assidua præsentia seu residentia quæ dicitur corporalis atque personalis, ab ipsis postulantur. continentiam dico tantam, vt ne cohabitatio[2] quidem Clericorum & mulierũ ferenda sit, nisi tales fortè sint mulieres in quas turpior ob ętatem nulla suspicio cadat. adeò vt ne legittima quidem coniunx[3] ante susceptos ordines sacros ducta retineri possit ad vsum coniugalem, sed continẽtiam vouere sit necesse secundum & Diui Pauli[b] prœceptum volentis Episcopum inter cæteras virtutes esse

a. Iust. ep.

67 Continẽtia & assiduitas in officiis diuinis Clero necessariæ.

Tit. 2. DE COHABITATIONE CLERICORVM ET MVLIER.

Tit. 3. DE CLERICIS CONIVGATIS.

b. 1. Tim. 3.

esse continentem (ἐγκρατῆ; quod pessimè *temperantem* vertit Erasmus, optimè *continentem* vetus interpres) & Canones [a] Apostolicos & ius Ecclesiæ Catholicę Romanæ perpetuum [b]: quantūlibet Ecclesia Græca schismatibus dedita vsum coniugalē non vetuerit in vxoribus ante sacros ordines ductis: nam in vxore non ducēda post ordines semel susceptos, ab Ecclesia Romana nunquam dissensit Græca. qua de re quoniā nos inter Antiquitates Ecclesiasticas accuratè satis tametsi breuiter diximus [c], non est quòd hic simus lōgiores. certè si Clerici rebus vxoriis atque familiaribus & proletariis implicentur, vix est vt Ecclesiam sint magnopere curaturi vel in ea vel in suis officiis assidui futuri. ne quid interim vel de periculo rerum Ecclesiæ subtrahendarū vel de contrectatione sacrorum sacramentorumque polluta & indigna superaddamus. ac in Clericos quidem non residētes: & varię sunt & graues pœnæ meritò cōstitutę. De bonis tum animi tum corporis hæc hactenus esse dicta suffecerit, de totius nimirū vitæ moderatione & honestate, de castitate deque continentia corporis quoque (reiecta scilicet omni tū scortatione tum vsu coniugali) atque postremò de corporali & personali in Ecclesia & officiis Ecclesiasticis præsentia: nunc de fortunę seu externis dicendum restat bonis. hæc ergo penes homines Ecclesiasticos duorū pos-

68 Erasmi versio noui Testamenti praua.

69 Cœlibatus Clericorū.

Tit. 4.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS IN ECCLESIA VEL PRÆBENDA.

70 Trāsitio ad fortunę bona Clericorū quę duorū sunt generum.

[a] Can. Apost. 27.

[b] Olim. hoc tit. et c. 1. & seqq. dist. 28. & alibi passim.

[c] ad c. 1. de testam. nu. 97. cum seqq. in Syntagmate de iure præsentium Ecclesiasticorum.

sunt esse generũ; vel enim sunt merè Ecclesiastica vel partim Ecclesiastica partim patrimonialia. de bonis merè Ecclesiasticis [a] itaque primò seorsum dicetur, deinde de vtriusque [b] simul. Distinctione scilicet semper adhibita quæratúrne de bonis ipsis Ecclesiæ perpetuis (vt fundis atque prædiis & aliis quibuscunque prouentuũ annuorum nomine non comprehensis) an verò de solis prouentibus, qui cedunt Ecclesiæ ministris. vtrorumque tamẽ bonorum & Ecclesiasticorum & patrimonialium consideratio circa duo ferè versatur; quorum alterum consistit in iis adipiscendis & adquirendis, alterum in iisdẽ administrandis regendis disponendis. de bonorum merè Ecclesiasticorũ seu adeptione [c] seu adquisitione dicamus prius, mox deinceps dicturi de eorũdem dispositione [d]. In adipiscendo hæc duo potissimùm spectãtur, bonorum videlicet ipsorum conditio, atque titulus. cõditionem bonorum Ecclesiasticorum voco, naturã tum ipsis inhærentem tum quatenus eorum quis possit esse capax. vt ecce, naturæ inhærentis est, multiplex ipsorum distinctio in varias qualitates atque cõditiones tum præbẽdarum tum dignitatum [e] tum aliorum quorumcunque beneficiorũ Ecclesiasticorum; quæ quidem & præbendæ & beneficia vnde & originẽ sumpserint & nomen suum traxerint in Antiquitatibus Ecclesiasticis copiosè docuimus [f]: capaci-

Tit. 5. DE PRÆBEND. ET DIGNITAT.

pacitatis est, exempli gratia, ne quis plura temerè [a] consequatur beneficia, néve vel morbus [6] vel infirmitas aliáve debilitatio cuipiam graue aliquod pariat præiudiciũ in fructibus ex beneficio quocunque semel Canonicè ritéq; adquisito percipiendis. id quod hoc loco duntaxat obiter per occasionẽ capacitatis in adipiscendo, positum fuisse putemus. In titulo beneficij (qui quinam sit & vnde dicatur in iisdem per nos traditum [b] fuit Antiquitatibus) quattuor pręcipuè spectãtur; vnde nascatur [1], in quibus beneficiis [2] & quando primùm constitui & oriri possit quibus nõ, quinam eius conferendi dandive potestate [3] sint prædíti, quomodo [4] conferatur. Nascitur titulus ex collationibus & institutionibus [7]; conferuntur beneficia, de quibus titulus est *de præbendis & dignitatibus*; instituuntur personæ, hoc est ritu Canonico in Ecclesiæ cuiuspiam vel altaris album seu matriculam admittũtur seu recipiuntur; quemadmodũ è contrario qui rursus ex eo albo reijciuntur destitui dicuntur. opponuntur nempe duo hæc, instituere & destituere, institutio & destitutio. Cõstituitur titulus in beneficiis vel Ecclesiis tantùm vacantibus [8], idque duntaxat intra certum tempus iure definitũ [c]. Potestas tituli conferendi nunc penes Ecclesiæ Prælatos est ordinario iure solos, nunc etiam coniũctim penes & Prælatos & Capitula, si solus Prælatus habeat ius,

a c. de multa. hoc tit.

b d. Syntagmate de iure procurationum Eccles. in c. 1. de cens. num. 16. & seqq. vsq; 33.

c c. 2. hoc tit.

Tit. 6. DE CLERICO ÆGROTANTE VEL DEBILITATO.

71 De titulo beneficiali quæstio quadruplex.

1
2
3
4

Tit. 7. DE INSTITVTIONIB.

Tit. 8. DE CONCES. PRÆB. ET ECCL. NON VACANTIS.

Tit. 9. NE SEDE VAC. ALIQVID INNOVETVR.

Tit. 10. DE HIS QVÆ FI. A PRÆLATO SINE CONSEN. CAP.

Tit. 11. DE HIS QVÆ FI. A MAIORI PART. CAP.

Tit. 12. VT ECCLESIAST. BENEF. SINE DIMINVT. CONFERANTVR.

72 De bonis Eccleſiaſt. regendis.

Tit. 13. DE REBVS ECCLESIÆ ALIENAN. VEL NON.

Tit. 14. DE PRECARIIS.

73 Verſiculi quidã Hoſtienſis.

eo mortuo vel aliter ſede vacãte[9], beneficiorũ interim vacantiũ prouiſio reſeruatur ſucceſſori; ne quid ſcilicet innouetur ſede vacãte: ſin & Capitulũ ius inſtituendi habeat vnà cum Prælato, ſine conſenſu eiuſdem Capituli nihil temere ſtatuere[10] debet Prælatus. Nam regulariter[11] in rebus omnibus (nõ tantũm beneficialibus) vel ad ſolũ Capitulum vel cõmuniter ad Prælatũ & Capitulũ pertinẽtibus, id obtinet & iuris eſt & robur habet, quod maiori placuit parti. quartò poſtremoque quod attinet ad cõferendi tituli modum, generaliter tenendum eſt, beneficia integrè[12] & plenè citra vllã diminutionẽ eſſe conferenda. De bonis merè Eccleſiaſticis adipiſcẽdis hæc hactenus; de regẽdis iiſdẽ nihil aliud in præſentia dicetur quàm res ipſas Eccleſiæ, principaliter immobiles, nõ niſi grauiſſimis de cauſis & ſingularibus quibuſdã ſolennibus [a] interuenientibus alienari poſſe[13]; licèt in emphyteuſin [b] nõnullæ dẽtur, & precariæ[14] quę dicuntur in ſuo genere non denegẽtur. quale ius plerunque donatoribus ipſis pro ſe ſuiſque ſolet heredibus in perpetuũ concedi in prędiis à ſe donatis Eccleſiæ, ſic tamẽ vt ſingulis quinquẽniis [c] contract[9] huiuſmodi renouetur. Nõ illepidi ſunt quãtũlibet illotiores Hoſtiẽſis verſiculi quadãtenus ænigmatici quibus inter hæc tria precarias, precariam, precariũ, diſtinguit.

Riæ, Ria, Riũ, tria ſunt quibus eſt caput vnũ:

Ria

Ria sunt solita post singula lustra renasci;
Ria fit ad mortem, nec citra vult revocari:
Rium finitur tunc quando vult suus auctor.

[a] Cuiac. lib. 1. de feud. tit. 5.

quanquã Cuiacius [a] hęc duo, precarias & precariam, cõfundit. Post explicatum ius bonorum fortunæ seu externorum merè Ecclesiasticorum, videamus nunc de eorundẽ bonis partim Ecclesiasticis partim patrimonialibus, idq; indifferẽter siue de iis adipiscẽdis fuerit quęstio siue de regẽdis administrãdis disponẽdis. Igitur horũ tractatio triplicẽ habet inspectionẽ: aut enim de cõtractibus [1] agitur, aut de donationibus [2] quę tamen contractuũ quoddã sunt genus, aut denique de successione [3] post mortẽ. quæ tria licèt potissimũ bonis patrimonialibus vel iis quæ quodammodo patrimonialiũ sunt instar (vt sunt annui prouẽtus ex beneficiis Ecclesiasticis percepti, de quibus peculiare scripsimus & edidimus iam Syntagma) conueniãt, merè tamen Ecclesiasticorũ subinde fit in illis quoque mẽtio. De contractibus trifariã quæritur; primò [1] de contractibus ipsis ineundis & inter se distinguẽdis, secũdò [2] de contractuũ eorundẽ accessionibus, tertiò [3] denique de iisdẽ dissoluendis atque finiendis. Contractus ipsi duorum ponuntur hic generum; alij enim Nominati dicuntur, alij anonymi id est innominati. Nominati aut re fiunt aut consensu; nam de contractibus qui verbis aut literis fiunt nihil ius Pontificium singu-

74
Triplex inspectio bonorũ partim Ecclesiasticorum partim patrimonialium.
1
2
3

75
De contractibus trifariã quęri.
1
2
3

Tit. 15. DE COMMODATO.
Tit. 16. DE DEPOSITO.
Tit. 17. DE EMPT. ET VEND.
Tit. 18. DE LOCAT. ET COND.
Tit. 19. DE RERVM PERMVT.
Tit. 20. DE FEVDIS.
Tit. 21. DE PIGNORIB. ET ALIIS CAVTIONIBVS.
Tit. 22. DE FIDEIVSSORIB.
Tit. 23. DE SOLVTIONIBVS.
Tit. 24. DE DONAT.
Tit. 25. DE PECVL. CLERICOR.
Tit. 26. DE TESTA. ET VLT. VOLVNT.
Tit. 27. DE SVCCES. AB INTES.

lariter tradit legibus contẽtum ciuilibus. Re fiunt Commodatum 15 & Depositum 16; de Mutuo enim et de Pignore vnde actio nascitur pignoratitia hoc loco non agitur. Consensu fiunt Emptio 17 & Venditio; Item Locatio 18 & Cõductio: de societate enim deque mandato in hoc libro nihil. Anonymi seu innominati cõtractus sunt qui speciali nomine carent, quantũlibet vel generale nomen habeant vt Permutatio 19, vel nomen barbarum sortiãtur vt Feuda 20, vel circumlocutione quadam designẽtur, quales esse liquet hos quattuor, *do vt des*, *do vt facias*, *facio vt facias*, *facio vt des*, de quibus nihil in iure hoc Pontificio peculiariter. Accessiones contractuum sunt pignora 21 & aliæ cautiones inter quas sunt & fideiussiones 22. Dissoluũtur cõtractus variis modis, quorum potissimus est solutio 23. De donationibus hic agitur seorsum siue de rebus quæratur 24 patrimonialibus siue de rebus peculiaribus 25 id est de rebus intuitũ Ecclesiæ seu per Ecclesiã vel pecunia beneficiali similive quæsitis partis & comparatis. Successio fit bifariam, vel ex testamento 26 nimirũ vel ab intestato 27. Absoluimus primũ totius huius libri membrum quod erat de bonis hominum Ecclesiasticorum tum animi tum corporis tum fortunæ; sequitur nunc mẽbrum secundum de iure quod Ecclesiis & hominibus Ecclesiasticis à reliquo populo laico de-

76 Secundũ totius huius libri membrũ de iure Ecclesiasticis debito.

co debetur. quod quidem ius præcipuè quattuor in rebus cõsistit, Sepulturis nimirum, Decimis, Primitiis, & Oblationibus. Sepulturarum [28] ius illi debetur Ecclesiæ in qua quisque cœlesti pabulo reficiri consueuit, vt Leo tertius Pontifex ait [a], quamobrẽ si quis alibi quàm in propria parœcia sepeliri malit, propriæ nihilominus Ecclesiæ cedere debet vel media vel tertia vel quarta vel alia demum quotacunque (pro cuiusque loci cõsuetudine [b]) pars eius quod animæ suæ intuitu relinquit Ecclesię in qua vel iuxta quam sepelitur. singulis enim parœciis [29] suum seruandum est ius; siue de sacrorũ sacramentorumque administratione participationeque siue de sepulturis siue de suscipiendis ordinibus [c] Ecclesiasticis siue de alia quacunque demum re agatur. extenditur nempe parœciæ significatio frequẽter ad integræ diœcesios comprehensionẽ. Decimæ [30] debebantur iure Mosaico [d] Leuitis, debenturque nunc & quidem [e] lege diuina etiã in Ecclesia Christiana de cunctis [f] omnino prouentibus Clero seu Ecclesiæ ministris; prædiales quidem illi Ecclesiæ vbi res ipsæ sitæ [g] sunt, idque absq; deductione prorsus vlla [h] vel sumptuum vel etiam seminis terræ commissi; personales verò, vbi ipsæ personæ res diuinas participant, sed sumptibus deductis [i]. pulcherrimeque dictum fuit ab Innocẽtio [k] tertio post Diuum Augustinum [l], saltem

Tit. 28. DE SEPVLTVRIS.

77 Parœciæ significatio plenior.

Tit. 29. DE PAROECIIS ET ALIENIS PAROECIANIS.

Tit. 30. DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS.

78 Decimarũ genera plura.

a c.1. hoc tit.
b c. certificari. hoc tit.
c c. 3. hoc tit.
d num. 18.
e c. parœcianos. et c. in aliquibus. 19 q. 3. hoc tit.
f c. tua nobis. 26. hoc tit.
g c. quoniam. c. ad apostolicæ. c. pastoralis. c. cum rõpunget. hoc tit.
h d. c. tua nobis. hoc tit.
i gl. in d. c. ad apostolicæ. et d. c. pastoralis.
k d. c. tua nobis. hoc tit.
l c. decimæ. 16. q. 1.

pro parte, decimas esse tributa egentium animarum, Deo debitas in signũ vniuersalis dominij atque Clericis ab ipso Deo

79 An & quatenus debeãtur Decimæ.

pro suo cultu cõcessas. An autem & quatenus decimæ debeãtur, locupletato præsertim iam Clero, luculenter (vt omnia) disputat ipse D. Thomas a aliique tum Theologi tum Doctores Pontificij, quémadmodum & Summistæ qui dicũtur. Pri-

80 Primitiarũ ius.

mitiæ lege Mosaica non integræ quidem debebantur sed quantum cuiusque pietas ex iis dare vellet b, idque in aridis & liquidis: in pecudibus verò, primogenitum significari potest nomine primitiarũ: quod quidem primogenitum in memoriã perditionis primogenitorum Ægyptiorum Deus ipse sibi sanctum esse voluit tam ex hominibus quàm ex reliquis animãtibus; ita tamen vt homines redimerẽtur c. Iuris deinde Pontificij nostri id est Christiani interpretes primogenitũ ex animantibus non omne quidem deberi Ecclesiasticis voluêre, sed alij duntaxat vnũ ex ducentis alij verò vnum è cẽtum. Deus certè optimus maximus tum in lege Mosaica d tum

81 Decimarũ primitiarumq; solutio quatenus iuris diuini quatenus humani.

in Prophetis e, decimarum & primitiarũ solutionem Leuitis diligẽtissimè fieri iubet. quãdoquidem tribus illa Leuitica nihil bonorum aliud vel certè parum possidebat; vbi reliquæ omnes totius Israëlitici populi tribus portionẽ quæq; suam ex diuisione terræ Palestinæ sibi destinatã & assignatam sortiebantur. Iuris est autem

natu-

naturalis atque diuini, mercede sua dignũ esse operarium; licèt quantitatis pro laboribus debitę moderatio sit iuris humani. Sequũtur Oblationes Deo pro Clero vel Ecclesia factę; quę propterea Laïcis in seculo remanentibus concedi prohibentur[a] æquè atque vel decimæ vel Ecclesiæ ipsæ. nam vix aliud vllum reperitur hoc toto titulo verbũ de Oblationibus. Hinc mox transiremus ad membrum totius libri tertium, de iure quod aliis vicissim debent Ecclesiæ vel homines Ecclesiastici, nisi priùs nonnulla seorsum de monachis eorumque rebus, quemadmodũ superiùs monebatur, interserereṫur. De monachorum ergo rebus hîc agitur trifariam, sicut & antea de bonis hominum Ecclesiasticorum in genere dicebatur; primò enim de qualitate[1] monachorum principaliter interna seu bonis[b] internis, deinde de bonis[2] horum etiã corporis[c], postremò denique de bonis ac rebus externis[d] [3] eorũdem tractatur. In bonis monachorum internis duo præcipuè considerãtur, siue quæratur de monachis admittẽdis & recipiendis, siue de iisdem in officio postea retinendis; Qualitas personarum scilicet & Votum. Qualitatis inspectio[3] [1] multa respicit, ac inter cætera deuotionẽ quandam religiosam & varia virtutũ exercendarum genera, respectu semper habito tũ ætatis tum conditionis & status eorũ qui recipi poterint. nam ad hoc vitæ genus admit-

[a] c. quicunq. 17. hoc tit.

82 Oblationes laïcis concedi prohibentur.

83 Cur hic de monachis.

84 Trifariã de monachorum rebus hic agi.

[b] tit. 31. 32. 33. 34.

[c] tit. 35.

[d] tit. 36. et 37.

Tit. 31. DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS AD RELIGIONEM.

Tit. 32. DE CONVERSIONE CONIVGATORVM.

Tit. 33. DE CONVERSIONE INFIDELIVM.

admittuntur non soli cœlibes, verumetiã coniugati 32 si modò vel mutuo fiat id cõsensu post matrimonium cõsummatum, vel etiam altera [a] parte inuita ante matrimonium consummatum seu corporum coniunctionẽ quæ copula carnalis in hisce libris passim dicitur. nõ aliter 33 quàm ex Ethnicis vel Iudęis vel aliis quibuscunque infidelibus (id est qui Christianam fidem nondũ susceperunt seu Christo nondum dederunt nomen) cõiugatis alter inuito altero fidem Christianam liberrimè potest amplecti. Ratio nẽpe coniunctionis horum duorum de coniugatis titulorum sola fuit libertatis paritas, hîc in susscipiendo Christianismo, illic in susscipiẽdo monachismo: quãdoquidem conuersio alioquin infidelium nihil ad hunc de monachis rebusque monasticis tractatũ.

85 Cur hic ea de re.

Tit. 34. DE VOTO ET VOTI REDEMPT.

Votis adstringuntur omnes 34 monasticã vitam professi potissimùm tribus principalibus quæ & substantialia idcirco dici solent, obedientię nimirum, continentię, paupertatis id est abdicationis proprij. De votis igitur hic in genere votorumq; nonnullorum frequẽter in alias quasdam res pias (veluti ieiunia vigilias orationes eleemosynas) commutatione cõstituitur. omnibus omnino votis aliis in religionis id est vitæ regularis votũ commutari valentibus [b] propter monastici status excellẽtiam [c] & sublimitatem atque adeo vitæ quasi Angelicæ imitationem. Ad corpo-

[a] c. 2. hoc

[b] c. 1. h. [illegible]

[c] [illegible]

tis

ris[35] maximè bona referuntur, habitus, id est vestitus, cibus, quies, vigilię, silentium, cæteraque cuncta ad officium totumque statũ & monachorum & regulariũ quorumcumque nominatim in corpore relucentem (licèt ad animos piè componendos procul dubio relatum) pertinentia. De rebus externis eorundem duo proponuntur capita; alterum de iurisdictione in ipsorum cæterasque cunctas religiosas & pias domos, vt hæ nimirũ Episcopo subiectæ[36] sint; alterum verò, de eorundem Capellis[37] quæ dicuntur. Supereſt vt iam tandem properemus ad tertiũ ac postremum totius huius libri membrum, quod iura complecti diximus ab Ecclesia vel hominibus Ecclesiasticis vicissim debita, quibus videlicet vt ac tanquam oneribus obstringuntur. Hæc igitur iura tribus potissimùm in rerum generibus consistunt; in agnitione nimirum patronorum[1] vel ipsius patronatus[a], in præstatione[b] censuum[2] & exactionum & procurationum, in obeundis & exhibẽdis ministeriis[3] [c] diuinis Christianæ religioni propriis atque peculiaribus, omnique (vt summatim & rotundè dicatur) suo erga reliquum populum Christianũ ad cœlestia regna traducendum officio rectè faciendo. patronos hoc loco principaliter dicimus illos qui vel Ecclesiam vel altare in ea aliquod suis primùm sumptibus erexerunt[38] vel certa beneficia Ecclesiastica condiderunt & in-

a tit. 38.
b tit. 39.
c tit. omnibus reliquis vsque ad finem libri huius tertij.

Tit. 35. DE STATV MONACHO. ET CANONICORVM REGVLAR.

Tit. 36. DE RELIGIOSIS DOMIBVS, VT EPISC. SINT SVBIECTÆ.

Tit. 37. DE CAPEL. MONACHORVM ET ALIORVM RELIGIOSORVM.

86 Tertiũ totius huius libri membrũ de iure quod Ecclesia vel Clerici vicissim debẽt aliis tũ Laicis tum Clericis.

87 Triplicis hoc esse generis.

1
2
3

Tit 38. DE IVRE PATRONATVS.

& instituerunt seu fundarũt vel fundum similes in vsus dederũt; quô vulgatus pertinet iste versiculus.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

qualibus propterea patronis ius quoddã debetur, tum præsentandorum Clericorum in eadẽ beneficia per ordinarios collatores instituendorum, tum percipiendorum per ipsos patronos alimentorum si forrè ad inopiam redigãtur, tum tenendi tuẽdiq́ue primi in processionibus quæ dicuntur Ecclesiasticis loci. Censuum titulo certæ pensiones annuæ debentur Prælatis Ecclesiasticis ex Ecclesiarum sibi subditarum prouẽtibus, tum cathedratici tum synodatici [a] quod vocatur nomine tum aliis de causis ad annuũ quid pẽdendum semel probatis. Exactiones præterea quasdam tẽporarias at moderatas pro re nata rebusque sic necessariò postulãtibus Ecclesiæ prẹlatus à Clero sibi subiecto liberè potest exigere, quo publicis vtilitatibus consulatur. In visitationibus denique faciendis liberaliter & honestè curandus & excipiendus est à Clericis sibi subiectis Episcopus vel alius etiam Prẹlatus visitandi ius habens; ne suis ipse sumptibus laboret pro salute communi. procurationes hinc appellatæ sunt sumptuũ illorum curando & excipiendo sic Prẹlato per Clericos collatorum cõfectio. De diuinis ministeriis & omni officio clericorũ seu hominum Ecclesiasticorũ constituen-

Tit. 39. De censibvs, exactionib. et procvrationib.

a cap. ... sanct. ...

a tit.40.
b tit. reliquis omnibus.

ſtituenti priùs videndum eſt de loco a in quo principaliter illud exerceri conuenit, poſteriùs de ipſo officio b. Ad locũ quod attinet, pręclarè comparatum fuit iam inde ab Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis, vt ad cultum Dei peragendum myſteriaque diuina participanda locus aliquis Deo dedicatus atque ſolenniter per Epiſcopum conſecratus 40 deſtinaretur (qui locus & ipſe nomen Eccleſię meruit) & illic altare ſummo & immortali Deo ſacrificiis offerendis erigeretur. qualia loca ſi fortè polluantur, non per alium quoque quam per Epiſcopum recõciliari c par eſt. Ipſum officium Clericale vniuerſum rebus hoc loco ſeptem longè maximis continetur; diuinorum 1 officiorum per ſeptẽ diuerſas horas diei diſtinctorum perſolutione, ſacrificij 2 Chriſtianorum vnici ſacroſanctæ videlicet Miſſę peractione percelebrationeque d, ſacramentorum 3 adminiſtratione e, traditione f doctrinæ 4 Chriſtianæ de rebus omnibus ad ſalutem pertinẽtibus, Eccleſiarũ ſeu templorũ 5 tum ædificãdorum tũ reparandorũ cura g, aſyli 6 præbitione h, poſtremo deniq; vitę toti 7 ab hoc ſeculo rebusq; ſecularibus i omnibus alieniſſimæ exẽplo. Verùm, dicamus ordine de ſingulis hiſce 7 capitibus ad ipſummet hominũ Eccleſiaſticorũ officiũ pertinẽtibus; ac primò de ſeptẽ horarum ſeu diuinorum officiorũ per 7 horas diſtinctorũ perſolutione. licèt enim tria priora

c c. penult. hoc tit.

d tit. 41.
e tit. 41. & 42. 43. 44.
f tit. 45. 46. 47.
g tit. 48.
h tit. 49.
i tit. 50. & vlt.

Tit. 40.
DE CONSECRATIONE ECCLESIÆ VEL ALTARIS.

88 Polluti loci ſacri reconciliatio.

89 Officium Cleri ſeptẽ præcipuè rebus contineri.

1
2
3
4
5
6
7

sub

Tit. 41. DE CELEBRATIONE MISSARVM ET SACRAMENTO EVCHARISTIÆ ET DIVINIS OFFICIIS.

sub vnum cœperint conijci titulum 41, & quidem de diuinis officiis vltimo loco, tamen & in ipso tituli contextu de diuinis agitur officiis omniũ primò & ordo tum rerum peragẽdarum tum doctrinæ seu methodi sic instituitur cõmodiùs vt eum modò ponebamus. Diuinorũ igitur officiorum per septẽ horas distinctorum persolutio partim nititur exemplo Regis atq; prophetæ Dauidis qui septies in die [a] laudem Deo dixit, partim cõmoditate partitionis præcipuorum capitum historię passionis Christi meditationisq; de capitibus iisdem quotidie per hominẽ verè Christianũ ac maximè per viros Ecclesiasticos id est Clericos instituendæ. Nam iuxta veteres cuiusdam versiculos,

Hæc sunt septenis propter quæ psallimus horis.
Matutina ligat Christũ, qui crimina purgat;
Prima replet sputis; causã dat Tertia mortis;
Sexta crucinectit; latus eius Nona bipertit;
Vespera deponit; tumulo Completa reponit.

90 Septẽ horarum Ecclesiasticarum ratio.

91 7. præcipua Capita historiæ Passionis IESV Christi.

92 Versus huc pertinẽtes.

Missarũ celebratio seu sacrificij Christianorum oblatio tremẽdis plena mysteriis à Christo Domino diuinitùs instituta, formam quoque verborum sicut in ipso Canone Missæ reperitur ab ipso Christo creditur accepisse: traditione sic habente, ab ipso Christo Apostolos & ab ipsis eorum accepisse successores, vt Innocentius tertius attestatur [b]. nullus ergo mortaliũ ipsius substãtiæ Missæ fuit auctor, sed solus Christus. de vocabulo Missæ & eius antiqui-

93 Missæ institutio, ipsius Christi.

94 Canõ Missæ formam verborum habet ab ipso Christo.

a

b

antiquitate peculiare dedimus alibi Syntagma. Sacramentorum tractatus hoc loco perbreuis est, sacrificio missæ sacramẽtum Eucharistiæ semper in sese comprehendente. quo factum fuit vt & vno eodemque titulo de illis hic ageretur. E sacramentis omnium ordine naturæ primũ Baptismus 42 est, per quẽ Christo nomen damus; vtpote sine quo Christianus fieri nemo potest, multoque minus ordinari presbyter 43, deficiẽte nimirũ characteris presbyteralis imprimẽdi capacitate. quanquam si quis Christianis parẽtibus ortus ignorauerit an fuerit baptizatus nec ne, sacerdos fieri non prohibetur vel iam factus fungi munere sacerdotali, cùm præsumptio sit hîc violenta baptismũ interuenisse; quæ tamen præsumptio probationem in contrarium admittit. Quid ergo vel de salute talis presbyteri fortè iam defuncti vel de adoratione Missas illius audientium sentire debemus? bona fides vtrobique pro veritate reputabitur [a], nõ apud homines tantùm sed & apud benignissimum Deum. quod magnum est in Ecclesia Christiana solatium cunctis fidelibus. Ac vt in omnem subitam necessitatem præsens & parata sit & horũ & aliorum sacramẽtorum participandorũ commoditas 44, & vt prẽterea mundiore suppellectili semper administrẽtur, iure cautum fuit vt & Eucharistia & Chrisma fideliter sub signo custodiatur, ac vt omnia

Tit. 42. DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

Tit. 43. DE PRESBYTERO NON BAPT.

95 Bona fides de baptismo suscepto sufficit ad salutem etiam non baptizatis.

Tit. 44. DE CVSTODIA EVCHARISTIÆ, CHRISMATIS, ET ALIORVM, vel veriùs (vt legendũ puto) SACRORVM.

[a] v. 2. hoc tit. cum sua gl.

Ecclesiæ tum vasa tum vestimẽta tum reliqua suppellectilia sacra mundè conseruentur[a] & à sordibus præsertim horridioribus immunia. videtur autem in hac Rubrica vel esse legendum ET ALIORVM SACRORVM id est rerum sacrarum seu consecratarum & dedicatarum Deo, vel SACRAMENTORVM vox id est SACRORVM interpretanda. nec enim de rebus vllis aliis hoc toto titulo tractatur quàm de Eucharistiæ Chrismatisque custodia, deque sacrorum suppellectilium munditia. Doctrinę Christianæ traditio plurimis quidem diuini verbi capitibus continetur, at hoc loco duntaxat oportebat cõstitui quidnam de reliquiis ac veneratione Sanctorum, de ieiuniis, de purificationibus muliebribus, Christianũ populum sentire conueniret. De reliquiis igitur & veneratione Sanctorum id salubriter[45] statutum est, vt quoniã sæpe maximus hac in re solet abusus conspici, neque passim huiusmodi reliquię vel ostendantur vel vllo modo vendantur, neque quisquam mortalium pro Diuo colatur nisi qui priùs à summo Pontifice Sanctorum catalogo propter miracula comprobata fuerit asscriptus vel canonizatus. Ieiunia[46], siue tẽporis quadragesimalis, siue quattuor anni cuiusque temporũ, siue Vigiliarum quę dicũtur, siue alia quęcunque, ita sunt instituta vt ægrotãtes eorum lege seu vinculo, necessitate sic postulãte, semper

a cap.

Tit. 45. DE RELIQ. ET VENERAT. SANCTORVM.

Tit. 46. DE OBSERVATIONE IEIVNIOR.

semper soluendi sint si petant. Purificatio muliebris 47 post partum licèt lege Mosaica [a] fuerit introducta, lege tamẽ Euangelica Christi cessare cẽsetur: vnde mulier mox à partu templum ingredi nõ prohibetur [b]. quanquam si ex veneratione voluerit aliquamdiu abstinere, deuotio illa non est improbanda. Ecclesiarum 48 tum ædificatio [c] tum reparatio [d] incũbit illis potissimùm qui vel tanquã rectores ipsis præsunt vel alioqui beneficiũ in illis Ecclesiasticũ habent. adeo vt etiãsi Prælatus iurauerit se non alienaturum res Ecclesię, nihilominus tamẽ si populus pluribus indigeat Ecclesiis liberrimè [e] possit in hunc vsum pecunias & res Ecclesiasticas conferre. quo fit vt & leprosis [f] numero pluribus Ecclesia peculiaris extrui debeat & sacerdos proprius dari quantumlibet per hoc aliarum illîc existẽtium Ecclesiarum prouentus imminueretur. Asylum 49 prębent generaliter omnes Ecclesię cum suis etiã cœmiteriis, nã cùm talia loca singulariter Deo religioniq; dicata sint, meritò tale præstãt omnibus ad ipsa cõfugientibus beneficiũ vt illic sint à periculis [g] liberi, nisi fortè quis ipsamet violauerit [h] loca vel alioqui publicus [i] extiterit latro vel nocturnus depopulator agrorũ. Asylũ & cœmiteriũ voces Gręcæ sunt, quarũ illud vel à nõ abstrahẽdo vel à non violãdo dici cõstat, hoc à dormiẽdo vt in quo corpora humana non tam dicũtur iacere

Tit. 47. DE PVRIFICAT. POST PARTVM.

Tit. 48. DE ECCLE. ÆDIFICAN. VEL REPARANDIS.

Tit. 49. DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, COEMITERII, ET RERVM AD EAS PERTINENTIVM.

96 Asylum quid.

97 Cœmiteriũ vnde dictũ.

[a] Leuit. 12. & 15.

[b] c. vnico. hoc tit.

[c] c. de his, hoc tit.

[d] c. 1. hoc tit.

[e] c. vlt. & c. 3. hoc tit.

[f] c. 2. hoc tit.

[g] c. inter alia. hoc tit.

[h] c. vlt. hoc tit.

[i] d. c. inter alia.

mortua quàm ad tempus dormire, cùm in extremo iudicio resurrectura sint atq; in æternum vnà cum suis animabus quæ quasi postliminio quodam lætissimo & admirabilissimo tandem in ipsa reuertentur victura. Præter hoc ius Asyli debent & hoc Ecclesiastici ciuitatibus in quibus degunt, vt cũctis aliis hominibus pro defensione murorũ vigilantibus & ipsi non excusentur [a] à talibus & tam necessariis vigiliis: cùm tamẽ alioquin & ipsi & omnia bona ad Ecclesias pertinentia gaudeãt immunitate vectigaliũ & indictionum similiumq́ onerum quorũcumque; adeò vt anathematis [b] incurrãt pœnam qui talibus oneribus inuitos grauauerint neq; moniti destiterint, nisi consensus Episcopi & Cleri accesserit. quinimmo non debent exactionibus laicorum subuenire Clerici nisi Pontifice summo priùs consulto [c]. Licèt autẽ pars maxima præsentis tituli referatur ad hanc immunitatem, nostrę tamen partitionis oportunitas magis desiderabat ea sub oculos præcipuè poni quæ præstari vicissim debent à Clericis. inter quæ postremum fuit ne sese rebus ipsimet secularibus [50] immiscеant, in tam alto rerum diuinarum semper spectandarum gradu collocati. quo fit vt ne iuris quidem Ciuilis vel Medicinæ Physicorumq́ue studia quantumlibet per sese honestissima ipsis promiscuè permittãtur [d], monachis præsertim, & omnibus aliis etiã

Tit. 50. NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIB. NEGOTIIS SESE IMMISCEANT.

presby-

presbyteris, vel in dignitate quapiam vel personatu qui dicitur constitutis; vt nimirum Theologiæ iuriq́ue Pontificio pro laudabiliore sui muneris functione diligentiùs incumbant.

LIBER III.

98 Totius huius libri partitio subpartitioq;.

Vniuersa matrimonialium causarũ tractatio duobus præcipuè membris continetur; altero [a] de matrimoniis cõtrahendis; altero de soluendis [b]. In contrahendis matrimoniis tria vocantur hic in considerationem, quorum primum concernit ipsas causas [1] tum formales tum efficiẽtes matrimonij [c], secundum varia eius obstacula [2] vel impedimenta [d], postremum denique proprios [3] eiusdẽ effectus [e]. Causa formalis est mutua contrahentium fides [1] accepta dataq́ue. quæ quidem fides quia teste Diuo Augustino [f] duobus modis dicitur, pactionis & consensus, fit vt causæ formales partim præparationis quasi cuiusdam rectè censeantur, sicuti sponsalia, partim perfectionis, vt absolutus ipsius matrimonij cõtractus. Recentiores iuris Pontificij auctores [g] alterum nunc sponsalia de futuro nunc etiam consensum de futuro vocauerunt, alterum verò, consensum vel etiam spõsalia de præsenti seu per verba consensum de præsenti exprimẽtia. nam sponsi sponsęq́ue, desponsationis & sponsalium, vox ad fidem quoque cõsensus vel matrimonium ipsum refertur atq; pertinet, quamdiu coniugalis non interuenit concubitus. quo fit vt & Iosephus

a tit. 17. prioribus.
b reliquis titt. omnibus 4.
c tribus tit. prioribus.
d tit. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
e tit. 17.
f c. 1. de spon. duor. 3.
g c. verũm. 15. c. sicut ex literis. 22. c. si inter virum. penult. hoc tit. & 2. & 3. & vlt. de spon. duor.

Tit. 1. DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

99 Spõsalium sponsiq́ue vel sponsæ nomen etiã ad matrimoniũ (sed nondũ consummatũ) refertur hoc iure.

Diuæ Virginis Mariæ ſponſus pleruque nominetur, vir tamen alioqui ſeu maritus & coniunx. quæ loquẽdi conſuetudo noſtrorũ tantò diligentiùs eſt notãda quantò legibus eſt ciuilibus ignotior. Efficientes cauſæ ſunt ipſæ perſonæ contrahentes ætatem habẽtes legittimam [2]; ſiue palàm contraxerint ſiue etiã clàm [3]; id quod iure hoc veteri licèt prohibereturtamẽ factũ non reddebatur irritum, nũc autem Concilio [a] Tridẽtino prorſus irritum & nullũ pronunciatur, cùm perſonæ quælibet ad clàm contrahendum per Concilium hoc omnino inhabiles reddãtur. Eiuſdẽ Concilij beneficio [b] perplexa illa noſtrorũ diſputatio de patris cõſenſu per ius Pontificium vel etiam diuinum requiſito vel nõ requiſito dum filijfamilias matrimonium contrahunt ſopita fuit; quandoquidem ſancta Synodus eos anathemate damnat qui falsò affirmant, matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu parentum cõtracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe. qua cenſura plurimorũ doctorum temeritas maximè nouitiorum tum Theologorum tum noſtrorum ſaluberrimè fuit repreſſa. ſunt ergo ſoli cõtrahentes efficiens matrimonij cauſa. Matrimoniorum vel impedimenta vel obſtacula ſunt multiplicia, quorũ quædam traduntur inter cauſas modò recitatas tum formales tum efficientes tanquam ex his dependentia, qualia ſunt quattuor hæc, voluntà-

Tit. 2. DE DESPONSATIONE IMPVBER.

Tit. 3. DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

100 Cõcilij Tridentini in hiſce rebus prouiſio ſanctiſſima

101 De matrimonio filijfam. abſque cõſenſu patris.

102 Impedimẽta matrimonij inuniuerſum 18.

luntatis repugnãtia 1, publicę honeſtatis 2 1
iuſtitia a vel reſpectus vel intuitus, defe- 2
ctus 3 ætatis legittimæ, denique clandeſti- 3
nitas 4, vt ita loquar; quædá verò ſeorſim 4
cõmemorantur, variis ex cauſis naſcentia,
qualia recenſentur hic ordine in vniuer-
ſum numero quattuordecim; videlicet:
præoccupatio 5 cõſenſus abſoluti, condi- 5 6
tiones 6, ordines 7 Eccleſiaſtici ſuperiores, 7
votum 8 cœlibatus, adulteriũ 9, machina- 8 9
tio in mortem coniugis 10, lepra 11, ſer- 10
uitus 12, cognatio 13, affinitas 14, frigidi- 11
tas 15, ſagarum 16 maleficia, impotẽtia 17 12
coniugalis vſus, interdictum 18 Eccleſiæ. 13
Quorum omnium & ſingulorũ impedi- 14
mentorum quoniã non eadẽ eſt ratio ſed 15
vis ac poteſtas lõgè diuerſiſſima (cùm alia 16
matrimoniũ contrahendum dũtaxat im- 17
pediãt licèt contractum non dirimãt, alia 18
iam cõtractum etiam dirimãt) de ſingulis
ordine breuiter dicẽdum eſt. Præoccupa-
tio 4 nudorum ſponſalium cum vno, non
impedit quidem neque vetat quo minus
abſolutus matrimonij cõtractus cum al-
tero ſubſiſtat atq; præferatur, ſed præoc-
cupatio cõſenſus matrimonialis abſoluti
cum vno, prorſus impedit atq; vetat quo
minus conſenſus etiã abſolutus cũ altero
valeat, quantũlibet poſterior priorem in
concũbendo præuenerit b. Conditiones 5
oẽs aut honeſtę ſunt aut inhoneſtę; atque
honeſtę quidẽ cõditiones aut huiuſmodi
ſunt vt impleri poſſint aut vt impleri nõ

103
1. imped. PRÆOCCVPATIO.

Tit. 4. DE SPONSA DVORVM.

Tit. 5. DE CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DESPONSATIONE VEL ALIIS] CONTRACTIBVS.

104
2. imped. CONDITIONES.

a c. 3. 4. & 8. i. de ſponſ. & matrimon. & 4. 5. & 12. i. de deſponſ. impub.

b c. 3. c. vlt. hoc tit.

possint: si possint impleri, omnino seruãdę sunt; adeò vt nisi seruẽtur matrimoniũ vel sponsalia non censeantur contractas nisi à conditionibus illis ita semel dictis per nouum consensum eumque purũ vel etiam per subsequentem concubitum recedatur. omnis enim conditio per subsequentem coniunctionem corporum euanescit. vt, exempli causa, *Si parẽtes mei consenserint, vel si centum annua nomine dotis mihi dederis*, & similes conditiones aliæ. sin talis fuerit conditio quę impleri naturaliter non possit, licèt alioquin honesta sit (*vt si digito cœlum attigeris*, & id genus aliæ) perinde habetur atque si adiecta nõ esset, matrimonio nihilominus subsistẽte. At verò si turpis & inhonesta sit conditio, distinguitur vtrùm ea turpitudo ipsi matrimonio sic inhæreat vt contra eius omnino substãtiam sit, veluti *si adulterium commiseris, si lenocinium exercueris, si partum abegeris*, tum enim matrimonium nullo modo contrahitur; vtrùm verò ista cõditio turpis aliô pertineat quàm ad matrimonium, vt, *si parẽtem interfeceris, si furtum feceris, si latrocinium perpetrauerit*, nam tum matrimonium nihilominus contrahitur, conditione ista turpi pro non adiecta semper habenda. Constitutos in superioribus ordinibus Ecclesiasticis, inter quos est & hypodiaconatus, matrimoniũ contrahendi [6] non esse capaces iam superiore libro monuimus [a], quare si homines

105 Conditionum varietas.

106 De turpi cõditione.

107 3. imped. ORDINIS SACRI.

Tit. 6. QVI CLER. VEL VOVENT. MATRIM. CONTRAHERE POSSVNT.

nes illi Ecclesiastici matrimonium cõtrahunt, præterquã quod nihil agant, in pœnam quoque suis ab ordinibus remouentur: quãquam cum diaconis & hypodiaconis aliquando mitiùs hac in re solet agi a. Cælibatus votum simplex, matrimonium quidem contrahẽdum impedit, attamen contractum non dirimit; votum verò solenne, & contrahendum impedit & contractum dirimit. Adulterij impedimentum in hoc loco sic est accipiẽdum, vt si quis vxore sua viuẽte rem cum altera quapiam habuerit, eidemque iam tum fidem dederit vel promiserit coniugalem, is nebulo ne mortua quidẽ vxore mulierem talem possit in coniugem habere. solum tamen adulterium tale sine fidei matrimonialis vel promissione vel datione, matrimonium cum eadem post mortem coniugis prioris non impedit b, quemadmodum nec sola fidei promissio vel datio sine tali adulterio. quod si tamẽ is qui iam coniugatus est aliam insuper mulierem id ignorantem duxerit in vxorem, quin eam priore mortua retinere possit dubium nõ est, nouo consensu scilicet interueniente; adeò vt vel inuitus c posteriorem hanc, si id ipsa malit d, retinere cogatur; quamuis ipsa, vbi fraudẽ talis mariti resciuerit, inuita cogi non possit. Quod de fide per talem adulterum alteri data vel promissa dictum est, idem quoque de machinatione in mortem coniugis traditur; nam quan-

a c.1. & 2. hoc tit.

b c. vlt. hoc tit.

c c. cum ẽs. hoc tit.

d c. 1. hoc tit.

108 4. imped. VOTVM.

109 5. imped. ADVLTERIVM.

Tit. 7. DE EO QVI DVXIT IN VXOREM QVAM POLLVIT PER ADVLTERIVM.

110 6. imped. MACHINATIO IN MORTEM CONIVGIS.

tumuis fidei matrimonialis inter tales adulteros nulla fuerit facta mentio, tamen si mors coniugi per machinationẽ structa fuit propter huiusmodi adulteram, hanc eandem vxorẽ nunquam ducere licebit[a]. Cæterum quidsi machinatio cũ fidei promissione interuenerit sine adulterio? magis est vt ne tum quidem matrimonium subsistere possit: quam sententiam rectissimè meo iudicio cõtra Goffredum tuetur Hostiensis. Pœna verò cum alia quapiam ita contrahentium superstite adhuc vxore hęc est, vt nõ solùm liberi inde nati sint illegittimi, licèt ali debeant[b], atque vt matrimonium istud dirimatur, verum etiam vt nũquam talibus hominibus flagitiosis matrimonium ampliùs cõtrahere permittatur, & quidem vt publicę pœnitentiæ subijciantur. Lepra[8] superueniens matrimonium quidem semel cõtractum non dirimet, ac sponsalium renunciationi direptioniq́ue iustam præbet causam. Conditio seruilis[9] inter Christianos matrimoniorũ libertati præiudicio non est; itaq́ue dominis etiam inuitis rectè matrimonium contrahunt serui, citra tamen subtractionem seruitiorum dominis debitorum. quodsi tamen ignoranter matrimonium cum seruo vel ancilla contractũ fuerit à persona libera, rei veritate tandem detecta liberum & integrum est huic personæ liberæ matrimonij talis dirimptionem impetrare[c]. nam conditionis,

111 Quidsi interuenerint machinatio in mortẽ & fidei promissio; sed sine adulterio.

Tit. 8. DE CONIVGIO LEPROSORVM.

112 7. imped. LEPRA.

Tit. 9. DE CONIVGIO SERVORVM.

113 8. imped. SERVILIS CONDITIO.

nis, id est status, error, neminem lædere debet; licèt qualitatis alicuius error sæpenumerò lædat. Seruilis autem conditio non aliundè quàm ex ancilla matre solet æstimari, quantumlibet pater fuerit liber. quodsi tamen regionis alicuius mos eum pro libero habeat qui patre libero natus est etiamsi mater sit ancilla, fauore libertatis mos huiusmodi commendatur[a]. sin mater[10] libera fuerit, quin partus omni iure liber sit, etiamsi pater fuerit seruus, nullo modo dubitatur, neque mos contrarius facilè toleraretur[b]. Inter impedimenta matrimonij hoc loco tradita nonum & quidem omnium latissimè patēs, est Cognatio; quæ quoniam vel spiritus est & animorum, vel Ciuilis tantùm vinculi seu legis, vel sanguinis communis, fit vt alia cognatio dicatur spiritualis, alia legalis, alia consanguinea. Cognatio spiritualis hoc iure[11] veteri latè patebat & extendebatur, nunc per Tridentini Concilij[c] reformationem valdè restricta: cùm inter solum baptizantem vel confirmantem & baptizatum vel cōfirmatum eiusdemque patrem & matrem, item inter susceptorem susceptricémve (qui quæve nō potest esse nisi vnus vnáve vel ad summum vnus & vna) & baptizatū vel confirmatum eiusdemque patrem & matrem contrahatur. cuius hæc vis est vt & impediat matrimonium contrahēdum & dirimat contractum. Sic igitur inter coniugē susce-

a c. licèt. hoc tit.

b arg. c. ob. 5. de seru. non ord.

c Concil. Trid. d. sess. 24. de reform. matr. cap. 2.

114 Status error non lædit.

115 Mos in æstimanda conditione seruili seruandus.

Tit. 10. DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

116 9. imped. COGNATIO

117 Cognationis genus triplex.

Tit. 11. DE COGNATIONE SPIRITVALI.

118 Cognatio spiritualis per Concilium Tridentinum restricta.

suſceptoris & suſceptũ vel suſcepti patẽtes cognatio ſpiritualis amplius nulla; nec inter suſceptoris liberos & suſceptum vel eius parentes; nec inter vllos deniq; alios quàm inter eos qui corporaliter & perſonaliter vt ac tanquam perſonæ principaliter agẽtes interuenerunt, & suſceptũ suſceptamve in ipſa ſacramentorum baptiſmi vel cõfirmationis adminiſtratione tenuerunt vel attigerũt. nam tota relatio fit ad ipſum suſceptum, quæ & in ipſius parentes tranſit. nulla enim fit, nec vnqnã fiebat, ad reliquas perſonas interueniẽtes relatio inter ſeipſas: cùm certiſſimum ſit inter baptizãtem & ſuſceptorem vel ſuſceptricem, item inter ſuſceptorem & ſuſceptricem, nullam generari cognationem ſpiritualem. Cognatio legalis [12] ex adoptione naſcitur. quod impedimẽtum inter aſcendentes & deſcendentes etiam finita adoptione perpetuum [a] eſt, inter eos verò qui à latere coniunguntur non niſi quamdiu vel adoptio durat vel alterius emancipatio interuenerit. Cognatio ſanguinis, vt & affinitas, tam ex coniũctione naturali ſeu fornicatione quàm ex coniunctione legittima ſeu matrimonio naſcitur. ac licèt cõpilator iſte priùs de conſanguinitate quàm de affinitate proponat paulò [b] pòſt, hoc tamen loco de fornicatoriæ [13] iſtius affinitatis impediméto iura præmittit; quæ cõmodiùs, niſi fallor, vnà cum cæteris ad affinitatem deinceps perti-

119 Inter suſceptores inter ſe vel inter ipſos & baptizãtem nulla vnquã cognatio ſpiritualis.

Tit. 12. DE COGNATIONE LEGALI.

120 Ordinis ratio.

Tit. 13. DE EO QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS SVÆ VEL SPONS.

pertinentibus fuissent subiecta: nisi quòd ordine temporis natura legem scriptam præcedat. sed ad rem. Vetus hoc ius affinitatem hanc fornicatoriam seu naturalem quoad impedimẽtum coniugij pari loco habebat quo affinitatẽ legittimam [a]; sed ex Concilij Tridẽtini [b] reformatione solos ad eos qui primo vel secundo gradu coniunguntur affinitas ista naturalis vel fornicando contracta restringitur. publicæ honestatis etiam iustitia, cuius paulò antè meminimus [c], per idem Concilium soli primo gradui prohibitionem creante [d], si modo fuerit ex validis nata sponsalibus; nam vbi spõsalia quacumque ratione non erant valida, nullum vult esse sancta Synodus publicæ honestatis impedimentum. Si quis igitur sponsalia vel matrimonium contraxerit cum ea cuius vel sorori vel patrueli seu consobrinæ priùs obtulerat stuprum, sponsalia procul dubio vel ex leuissima suspicione dirimentur; matrimonium verò ita demum, si de stupro illo publicè cõstiterit. sin post matrimonium vel spõsalia contracta stuprum tale contigerit, spõsalia quidem dirimentur, matrimoniũ verò minimè gentium; quantumlibet incestuosus iste grauissimis aliis obnoxius fiat pœnis. Consanguinitas 14 omnis vel est ascẽdentium vel descendentium vel eorum qui cõiungũtur à latere. Matrimonium inter ascendentes atque descendentes in infinitum prohi-

121 Affinitas fornicaria Concilio Tridẽt. restricta.

122 Publicæ honestatis iustitiã Concilio Trid. restricta.

123 Quidsi post matrimonium stuprum cum affini interueniat.

Tit. 14. DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

[a] ius hoc tit.

[b] Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 4.

[c] ex c. duæ quæstiones. 12. q. 2. de diffon. impub. & ex alijs multis capitulis.

[d] Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 3.

prohibetur, inter collaterales verò nõ vltra gradum cognationis quartũ si numerandorum graduum ratio in personarum coniunctionibus iure Pontificio prę-
124 Iuris Pont. & Ciuilis in gradibus numerãdis discrimen.
scripta spectetur; qui gradus erit iure ciuili octauus quidem inter æqualiter coniunctos, quintus autẽ vel sextus vel septimus inter coniunctos inæqualiter. Quandoquidẽ Ciuile ius ex qualibet progeneratione [a] gradum vnum cõstituit, ab altero eorum de quorũ cognatione quæritur ad communem stirpẽ ascendendo, atque inde rursus ad alterum descẽdendo: Pontificium verò ius planè alia ratione, duos de quorum cõiunctione matrimoniali quæritur in vno eodemque gradu [b] cõstituit; à fratribus & sororibus incipiẽs, ibidemque primum gradum figens vel ponens; gradum secundum in fratrum sororumq; filiis hoc est patruelibus; & ita deinceps in omni cognatione quæ pari gradu à cõmuni seu stirpe seu stipite distat. nã inter eos qui dispari gradu à cõmuni stirpe distant numeratio graduum ex remotiore [c] censetur. Itaque frater & soror iure Ciuili in secũdo sunt gradu inter se, quia à fratre ascendẽdo ad communem patrem habes generationem vnam ideoque gradum vnum, deinde descendendo rursus ab eodẽ communi patre ad sororẽ habes generationem secũdam, ergo gradum secũdum. pari ratione duorum fratrũ vel sororum filij inter se quarto sunt gradu; nam ad cõ-

munem

munem stirpem hoc est auum ascendẽdo inuenies generationes duas & rursus descendendo totidem. eodẽ denique modo patruus vel auunculus tuus tertio tibi est gradu; nam à patruo vel auunculo tuo ascendendo ad cõmunem stirpem id est ad auum tuum habes generationẽ vnam, deinde descendendo rursus ad te habes gradus duos & per consequẽs in summa tres gradus. At iure Pontificio frater & soror inter se primo sunt gradu cognationis, quia neuter à communi stirpe distat longiùs: duorũ fratrũ vel sororũ filij hoc est patrueles vel consobrini vel amitini secũdo sunt inter se gradu; patruus vel auũculus & fratris vel sororis filius inter se secũdo quoq; dũtaxat sunt gradu, quandoquidem inter coniunctos inæqualiter vel gradu dispari distantes à stirpe communi, gradus ille cẽsetur à remotiore. remotior autem est filius fratris à stirpe communi quàm patruus, quia cõmunis parẽs vtriusque est huius patrui pater qui filio fratris est auus. Per qualem numerãdi rationem iure Pontificio iam inde à priscis proditã temporibus[a] (à qua recedere prohibemur sub anathematis comminatione) fit, vt quoad gradus cognationum, non longiùs inter se distare reperiantur illi qui communis parentis adnepotes dicuntur, quàm ab altero eorundẽ adnepotum distat eiusdem communis vel abnepos vel pronepos vel nepos vel ipse etiam filius.

[a] d. cap. ad sedem 35. q. 5.


125 Ratio numerandorum graduum iure Pontificio antiquissimã esse & sacrosanctam.

vt ex

vt ex hiſce quaſi ſcalis graduum cognationis euidenter patet.

126 Scalæ graduũ cognationis per faciles ac illuſtres per Auctorem factæ.

SCALÆ GRADVVM COGNATIONIS.



Quibus quidem ſcalis nihil poteſt eſſe vel ſimplicius vel clarius vel etiam (quod mirêre)

mirêre) plenius; siue de descendentibus & ascendentibus quæratur, siue de collateralibus: ita vt alio nullo siue schemate siue figura siue demõstratione oculari graduum vel arbore cognationis (qua in re nostri miserè laborant) sit opus. hæ scalæ pingũtur instar scalarum geminarum seu duplicium, quales aliquãdo patibulis admoueri videmus pro commodiore binorum (carnificis nimirum Reique) scansione collaterali. miserabile patibulum, discors coniugium. Fiunt gradus ibi quinque. Stirps communis vel auctor & parens cognationis præeminet scalis vt vtriusque lineæ caput atque principium, denotatum elemento A. duobus filiis repræsentatis per elementa B C. nepotibus per D E pronepotibus per F G. abnepotibus per H I. adnepotibus per K L. nunc igitur ecce; communis parentis duo adnepotes quinto inter se sunt gradu matrimonioque inter se iũgi possunt; vt hic in scalis K & L inter se sunt communis parentis adnepotes, duorum fratrum abnepotes, duorum cõsobrinorum pronepotes. idẽ K quinto gradu distat à C. & eodem modo L. à B. inter quos matrimonium iure contrahi posse communi Doctorum traditur sententia. licèt id nonnulli propterea vocauerint in controuersiam, quòd communis parẽtis filius alter sit reuera patruus maximus alterius adnepotis vel adneptis ex altero filio descendentis.

127 Patruus maximus cũ adnepte ex fratre per ius hoc rectè coniungitur in matrimõniũ; quia quinto sunt inter se gradu.

dentis. at à communi sententia, quæ regulę generali [a] de liberè coniugendis collateralibus quinto distantibus inter se gradu conformis est, opinor non esse temerè recedendum. quinto simul gradu distant inter se K & E item K & G item K & I; viceque versa L & B item L & D item L & F item L & H: cùm tamen iure [b] Ciuili K & L decimo sint inter se gradu, K & C sexto, K & E septimo, K & G octauo, K & I nono; & vice versa L & B sexto, L & D septimo, L & F octauo, L & H nono. Quotquot sunt supra K & L matrimonio inter se coniungi prohibentur per ius Pontificium: iure autem Ciuili solos inter B & C id est fratrem & sororem, item inter D & E id est patrueles, vt quidam volunt [c], item inter D & C [d], item inter F & C; & vice versa inter E & B, item inter G & B. nam hactenus inter collaterales etiam sed inæqualiter coniũctos ius quoque Ciuile respectum quendam quasi parentum & liberorum agnoscit [e]; cùm ille C sit patruus illius D & magnus patruus illius F, quemadmodum & ille B patruus est illius E & magnus patruus illius G. Hæc hactenus de gradibus cognationum copiosiùs quàm pro Synopsios huius instituto; quæ tamen ob nouum vel potiùs vetustissimum demonstrationis genus, idemque facilimum, debent esse gratissima. certè iurisconsultos antiquos tradidisse

128 Scalæ Auctoris ex mente priscorum iurisconsultorum.

a Iurisconsul. in 10. §. gradus. ff. de grad. & affi.

b non debet. cens.

c c. de propin. 30. q. 3.

d c. porro. 30. q. 3.

e Nouū debet, hoc tit.

dísse[a] videmus, gradus à similitudine scalarum dictos esse, quos ita ingredimur vt à proximo in proximum transeamus.

129 10. imped. AFFINITAS

Affinitas, quoad matrimoniorum prohibitionem, quarto etiam gradu per ius Pontificium[b] coërcetur, quemadmodum consanguinitas. nam quoto gradu consanguinitatis alteri coniugum est suus aliquis consanguineus, eodem gradu affinitatis idem ille censetur affinis esse alteri coniugum. exempli causa; pater & mater vxoris primo sunt eidem vxori gradu consanguinitatis; ergo eædem personæ marito tanquam genero suo, nempe socer & socrus, primo sunt gradu affinitatis; frater & soror vxoris primo sunt ipsimet vxori gradu consanguinitatis; ergo eædem personæ marito tanquam sororio suo primo etiam gradu sunt affinitatis; & ita deinceps. mortua vxore tua, ab eius cognatis iisdemque tuis affinibus tibi æquè abstinendum est in contrahendo matrimonio atque à tuis propriis consanguineis; idque ad eum vsque gradum quem in consanguinitate diximus. Erat olim & secundum & tertium genus affinitatis quod matrimoniis obstabat; in secundo quidem genere, vsque ad quartum gradum[c]; in tertio autem genere, vsque ad gradum secundum[d]. verùm generali Concilio[e] decretum postea fuit ne amplius huiusmodi affinitas secundi vel tertij generis nuptiis esset impedimento, rem

130 Gradus Affinitatis vnde censeantur.

131 Secundum tertiumq; genus affinitatis nūc sublatum quoríus olim referretur. Et quātus ibi scrupulus appareat in exēplis quibusdam noua forsitā constitutione non indignis.

to. rem sic intellige[a]: sororius tuus primum genus affinitatis tibi parit; sorore tua mortua si sororius ille tuus aliam ducat vxorem, illa tibi secundum genus affinitatis conciliat. moriēte tandem eodem tuo sororio, si nunc eius vidua alteri nupserit marito, ille tibi tertium genus affinitatis adfert. Item vlteriore matrimonio (sicut in exemplis duobus præmissis) non interueniēte, duorum fratrum vxores inter se sunt affines in secundo genere, quēadmodum & duarum sororum mariti inter se, vel fratris vxor & sororis maritus inter se. Iam pone mori fratrem pariter & sororem; vidua defuncti fratris & viduus defunctæ sororis iuxta Concilij prædicti decretum rectè coniungentur in matrimonium ex communi interpretum sententia[b], licèt nonnulli[c] tum propter carnis inter coniuges vnionem tum propter honestatis publicę iustitiam hac in re mouerint scrupulum. qui profectò si quandoque vel in Concilio generali vel Summo Pōtifici proponeretur atque diligenter per Theologos præstātes excuteretur, fortassis ad obseruationē iuris prisci[d] hac in re decernendam videretur iustissimus: de non contrahēdo, inquam, cum relicta fratris vxoris meę defunctæ, vel cum simili persona gradu talis affinitatis etiam remotiore, veluti cum relicta cōsobrini vel patruelis vel etiā remotioris alicuius cognati vxoris meæ defunctæ, vel (quod adhuc vi-

a
c. nuptiarum
distinct. 37. q.
a.

huc videtur scrupuli religionisque maioris) cũ vxoris meæ nouerca vidua; quantumlibet illæ personæ mihi sint affines genere duntaxat affinitatis cuiusdam secundo. Sanè quoad secũdum vel tertium genus affinitatis ex vlteriore matrimonio contrahi solitæ, quoniã carnis vnitas iam longiùs abiit, nullus vnquã de iuris noui sententia dubitauit neque scrupulũ sensit vllum. Poterunt itaque liberrimè matrimonio coniungi filius tui sororij ex alia vxore post sororẽ tuam defunctam ducta natus, & filia tua; multoque magis filius ex eadem altera vxore & altero præterea patre cui post mortem sororij tui mulier ista denuo nupserit natus, & filia tua: quinimmo poterit & eadem hæc mulier post sororij tui mortem tua fieri coniũx.

Tit. 15. DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS ET IMPOTENTIA COEVNDI.

Frigiditas 15 nihil aliud hoc loco significat, quàm naturalem quandã eamque perpetuam procreandæ prolis ineptitudinẽ. naturalem dico, quia frigiditas ob senium contingens impediméto non est quo minus nuptiæ subsistant [a]. perpetuam dixi, quòd frigiditas, si arte medica corrigi possit, soluendarum nuptiarum causa esse non debeat. Maleficia dicũtur hoc titulo veneficarum vel etiam veneficorũ artes malignæ quibus efficitur vt quis vel cum nullis omnino vel cum certis quibusdam personis vsum valeat exercere coniugalẽ. qualibus vexatos maleficiis, maleficiatos iure Põtificio vocari videmus. Impoten-

132 11. imped. FRIGIDITAS.

133 12. imped. MALEFICIA.

134 13. imped. IMPOTENTIA.

a c. nuptiarum dictum. 37. q. 2.

tia autem coëundi intelligitur quodlibet aliud vsus cõiugalis vel procreationis obstaculum, siue illud ex viri craſtratione siue ex fœminę anguſtia oriatur. Verùm talia matrimoniis ita demum ſunt impedimento, ſi priuſquàm contraheretur matrimonium, fuerint in aliquo: nam poſtquam ſemel matrimonium ſubſtitit, taliũ impedimentorum ſuperuentione nequaquam ſoluetur ſeu dirimetur; alioqui diremptoria ſunt hæc impediměta, libertatemque cum alio aliáve contrahendi concedunt [a]. non aliter tamen hæc impedimenta nuptias contractas dirimũt quàm ſi pars altera, quę decepta videlicet eſt, diremptionem petat: poſſet enim, ſi vellet, alter alterius conuerſatione nihilominus vti, ſi non vt cõiugis certè vt ſororis vel fratris; cùm nuptias non cõcubitus faciat ſed animorum conſenſus. in maleficiatis tamen hoc peculiare eſt, vt quoniam ſubinde cum alia quidem rem vxoriam exercere nequeunt, cum alia verò exercere nó prępediuntur, matrimonio fortè contracto cum ea cum qua vſum cõiugalem exercere per veneficia non poſſunt, aliam in qua ceſſat veneficij vis liberè ducant; nec ad priorem quantumlibet id petẽtem redire cogantur: vbi in cęteris qui vel vt frigidi vel quæ tanquam arctæ & clauſæ ſeu anguſtę relinquebantur aliud ſtatutũ [d] eſt ſi fortè decepto iudice Eccleſiaſtico pro talibus habiti poſtea deprehendantur cũ aliis

135 Cauſę talis impedimẽti.

aliis vsum exercuisse venereum. Causa cur inter inuitos nuptiæ non subsistãt huiusmodi cognitis impedimentis, obscura nõ est; cùm vel prolis procreandæ vel fornicationis euitandæ gratia matrimonium præcipuè contrahatur [a]. At ne fortè lateat in prætexendis huiusmodi impedimentis fraus vel dolus, rectissimè constitutum est ne coniugibus tale aliquod obstaculum [b] causantibus facilè vel temerè credatur, quantumlibet vtrisque vno ore loquentibus. ambo nempe iurabũt se toto triennio connixos nihil egisse. neque hoc satis; accedere simul oportebit iusiurandũ septenorum aliorum propinquorum vel his deficientibus vicinorum. quod est iurare cum septima [c] manu; quia nimirũ iurantes manu dextra sanctum Euangelium tangere iubentur. Atque hæc quidẽ solennitas obseruatur dũ vel de frigiditate vel de maleficio vel similibus impedimentis latentioribus & incertioribus quæritur: quandoquidẽ angustiæ seu arctioris vasis muliebris & castrationis impedimẽta cõfestim per inspectionem solent ocularem & aliter explorari. Quodsi duntaxat alter coniugum solus ad matrimonij direptionem proclamet, viro quidem se vel frigidum vel maleficiatum vel impotentẽ esse affirmãte, muliere verò id negante, diremptio matrimonij nũquam fiet. sin mulier hoc ipsum de viro dictitet, vir autẽ neget, si vel annus vel saltem dimidius à matri-

[a] c. 1. & vlt. hoc tit.

[b] c. laudabilẽ. & c. vlt. hoc tit.

[c] d. laudabilem. & d. c. vlt. hoc tit.

136 Cautio talibus in rebus adhibenda.

137 Iurare cum septima manu, quid.

138 Quidsi ad matrimonij diremptionẽ proclamet is ipse per quẽ stat.

monio contracto iam fuerit elapsus, viri dicto standũ est; nisi fortè mulier illa virginem se esse per corporis inspectionem docere possit [a]. Illud postremò non videtur prætereundum, quando dubitatur vtrùm ante an post matrimonium contractum vir in tale aliquod malũ inciderit, fauore matrimonij postea potiùs id accidisse præsumi [b]. Decimum quartum & vltimum nuptiarum impedimentum dicebamus esse interdictum [16] Ecclesiæ, quod hoc loco nihil est aliud quàm temporalis quædam prohibitio iudicis Ecclesiastici, facta, ne pendẽte cognitione de certis impedimentis matrimonij procedatur ad eius celebrationem, néve eius vsus exerceatur. Quali interdicto matrimonium quidem contrahendum impeditur, attamen contractum non dirimitur si modò cesset illud impedimẽtum cuius respectu interdictũ hoc interponebatur. certè pœnitentia semper iis debet imponi quicunque interim Ecclesiæ interdictũ contempserint. Effectus matrimonij vel si mauis ipse fructus atque adeò principalis etiam finis, est proles legittima [17]. pro legittimis autem plerisque in rebus habẽdi sunt & illi quos ipse Princeps nũc spiritualis [c] nunc secularis legittimorum iure donauit, vel, vt loquuntur nostri, legittimauit. quo beneficio non indigent [d] liberi ex matrimonio semel publicè citraque Ecclesiæ prohibitionẽ contracto sed postea per

a c.1. huius

b

c

d c.2. huius tit.

139 Quidsi nesciatur an ante an post matrimoniũ, tale quid acciderit.

140 14. imped. INTERDICTVM ECCLESIÆ. Tit. 16. DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTVM ECCLESIÆ.

141 Effect⁹ matrimonij tertiũ subdiuisionis mẽbrum. Tit. 17. QVI FILII SINT LEGITTIMI.

per ſententiam certis ex cauſis dirempto nati, modò fuerint ante ſententiam concepti; nẽpe quos ipſo iure legittimos eſſe placuit: quemadmodum & illos, quorum natiuitatem ſolennis tandem ſecuta [a] fuit matrimonij celebratio. Alterum tractationis huius vniuerſæ matrimonialis mẽbrum de ſoluẽdis erat matrimoniis. cuius membri duo præcipui ſunt hic articuli; prior [b] 1, de matrimonij ſoluendi modis; alter [c] 2 de ſolutionis ipſius effectu. Soluẽdi modus alius eſt omnino diremptionis, alius tantùm ſeparationis tori coniugalis matrimonio nihilominus permanente perduranteque donec id ſola morte finiatur. dirimitur matrimoniũ, ſi fortaſſis ob impedimentum aliquod cui quoque dirimendi vis inſit (qualia multa iam vidimus impedimenta) nunquam potuerit re ipſa ſubſiſtere: ſeparatur tantùm torus coniugalis, quando matrimonium reuera ſubſiſtit, vtpote remotis omnibus impedimentis diremptoriis, at propter fornicationem alterius cõiugum diuortij ſententia ſequitur. Vtrumque nimirum ſoluendi matrimonij genus, latiore ſoluendi ſignificatione cõprehenditur; quantumlibet in diremptione matrimonium propriè nunquam fuerit, in ſeparatione verò matrimonium remaneat ſaluũ. certè neutrum propria fieri poterit auctoritate, ſed iudicis eſt opus cognitione definitioneque. Quamobrem dum de diremptione

142 Secũda totius huius libri pars bimẽbris.

1

2

143 Solutio matrimonij bifariam.

Tit. 18. QVI MATRIMON. ACCVSARE POSSVNT ET CONTRA ILLVD TESTIFICARI.

quæritur[18], necessariò dispiciendum erit quinam & ad matrimonium tale accusandum id est ad huiusmodi diremptionẽ petendam admittantur, & quinam sint in ea re testes idonei. Planè parẽtes ipsimet & alij propinqui cæteris omnibus & in accusando seu diremptionem petẽdo & in testificando plerunque sunt instructiores ideoque præferuntur; quãtumlibet alioquin in causis criminalibus & contractibus aliis parentum liberorumque & aliorum propinquorum testimonia sint meritò suspecta vel certè minus idonea. neq; sufficit in huiusmodi diremptionis negotio per vlla scripta matrimonium vel accusare vel contra illud testificari, sed opus est omnino coràm cõparere suique præsentiam exhibere; licèt præsumptionis aliquid è solis aliquando generetur[a] scriptis.

Tit. 19. DE DIVORTIIS.

Diuortij[19] seu separationis causam sola præbet Christianis[b] fornicatio, tam vxori quàm viro; donec vel vltrò recõcilientur, vel inuiti propter alterius quoq; lapsum postea detectũ probatumque vel ob aliã culpam à iudice in vnũ redire cogãtur. idem sentit Ecclesiastica legislatio[c] de idololatria, de ethnicismo, de infidelitate, de hæresi, de alia quacũque defectione à religione fideque Christiana; cùm talis defectio nihil aliud sit quàm spiritualis quædã fornicatio. verùm, si tẽpore cõtracti matrimonij cõtrahens vterq; fuit ethnicus & alter eorũ postea fit Christianus,

144 Fornicatio spiritualis.

altero

altero fidē Christi blasphemiis & maledictis impetente, Christianus non diuortiū dūtaxat vel separationē tori petere verū etiam ad aliud cōfugere matrimoniū potest[a]; eo quòd inter ethnicos matrimonium quāuis verum nunquā tamen fuerit ratum id est indissolubile, sicut est inter fideles id est Christianos. Effectus matrimonij soluti præcipuus hic est, vt si vel propter impedimēta superiora dirimatur vel ob fornicationē siue carnalē siue spiritualē diuortio separetur, donatio propter nuptias per virū & dos per mulierē repeti possint[b] restituiq; debeāt culpa carenti[b]: quod iudex etiā Ecclesiasticus vna eademque opera curare nō tantùm potest, sed & omnino debet[c], dū diuortij vel separationis causam definit. idem de media parte omnium quæ durante matrimonio communiter obuenerunt[d] intelligēdum est. Donatio quoque constāte matrimonio facta coniugi à coniuge, per diuortiū seu separationē tacitè reuocata cēsetur[e]. Iam si morte matrimoniū finiatur, etiam hoc ampliùs ad secūdas. i. iteratas nuptias cōfugere liberrimū[f] est, citraq; metū omnē infamię[f] quantūliber intra tēpus luctus id cōtigerit. Benedictio tamē sacerdotalis illi qui semel coniugatus fuit non impēditur[g] in coniungēdo, tanquā semel iam olim percepta; nisi cōtraria fuerit loci consuetudo[h], qualem egomet vxorē secundā ducens apud Iprenses expertus fui.

145 Matrimoniū Ethnicorum, verum quidē sed non ratum.

Tit. 20. DE DONAT. INTER VIRVM ET VXOR. ET DE DOTE POST DIVORTIVM RESTITVENDA.

Tit. 21. DE SECVNDIS NVPT.

146 Benedictio viduorū ex consuetudine.

[a] d. c. quanto. hoc tit. ex 1. Corinth. 7.
[b] 4. hoc tit.
[c] 3. hoc tit.
[d] c. vlt. hoc tit.
[e] d. c. vlt. hoc tit.
[f] c. super illa. hoc tit. ex 1. Corinth. 7.
[g] c. 1. & 3. hoc tit.
[h] gloss. vlt. d. 63. hoc tit.

Causa-

LIBER V.

147 Totius huius libri partitio trimembris.

1
2
3

Tit. 1. DE ACCVSATIONIB. INQVISITIONIBVS, ET DENVNCIATIONIBVS.

148 Duos alios instituendi criminalis iudicij mõdos huc nõ pertinere.

149 Accusationis, inquisitionis, denunciationis, discrimen.

Causarum criminaliũ tractatio in hunc postremum retrusa locum, tribus constat membris hisce; quomodo illarũ iudicia instituantur [a], quænam & qualia sint [2] crimina hûc pertinentia [b]; quibus denique pœnis [3] luãtur [c]: coronide quadam totius iuris generali tandem libris hisce Decretalium superaddita [d], sicuti factum fuit in legum ciuilium Pandectis. Instituuntur [1] omnia iudicia criminalia vel per accusationem, vel per inquisitionem, vel per denunciationem. nam quòd quidam duos adhuc alios instituendorum horum iudiciorum modos addunt, exceptionem videlicet & extraordinariam procedendi viam in criminibus planè notoriis, tenere debemus, illos duos modos non esse loci præsentis. exceptionis enim loco crimen oppositum non ad pœnam reos deposcit (qualia sunt omnia de quibus hic agitur) sed ad fidem detrahendam duntaxat objicitur [e], nisi in eum finẽ opponatur vt quis à promotione vel ad officium vel ad beneficium repellatur [f]. notoria verò crimina non in forma iudicij expediuntur sed omnino extra ordinẽ [g]. Non inelegantẽ (si res ipsa non verba spectẽtur) his tribus adhibuit cautionem Pontifex ipse; *sicut*, inquit [h], *accusationem legittimã debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamorosa insinuatio præuenire.* Accusator inscribit; iudex inquirit, delator aliquis peccãtem iudici

dici denunciat. quo tertio in genere, veteris par est meminisse versiculi, (*thego? Quid Clodius mœcho vel quid Catilina Ce-*

Cęterum sicuti contra criminosos procedi reipublicæ interest, ita è diuerso innocentes falsis criminibus impeti, grauissimum & indignissimum & sceleratissimũ semper habitum fuit, graues q; [a] pœnæ calumniantibus [2] id est falsa crimina intentantibus cõstitutæ. qua de re pluribus hic agere non est oportunum. certè retinẽda semper omnibus est aurea Imperatoris Traiani sententia, Iurisconsulto celebrata [b], *satius esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.* Quoniam verò secundum tractationis huius criminalis membrũ latissimè patet, quando vt stultorum ita & stultitiarum. i. criminum infinitus est numerus, factum fuit vt illud in titulos complures excurrat. in quibus an commodus aliquis ordo commonstrari possit an verò confusè, sicut in rebus per sese confusis, congerâtur omnia crimina, sunt qui dubitent. equidem præeunte veterum quorundam quasi facula ductus, ordinis laudatissimi cũ certo iudicio rationẽ in hoc genere per iuris huius compilatores obseruatam fuisse, perspicio. nam cùm duo sint semperque fuerint in Ecclesia Christiana hominum genera, laïci nimirum & Clerici seu Ecclesiastici, cumque partim sanctionibus criminalibus communiter vel ex æquo teneantur

a c. 1. & 2. hoc tit.

b l. absentem. in prin. vers. sanxit. ff. de pœn.

Tit. 2.
DE CALVMNIATORIB.

150
Secundum totius huius libri membrum.

151
Criminum partitio bimembris.

neantur omnes tã Eccleſiaſtici quàm laici partim verò peculiaribus quibuſdam ſanctionibus obligentur Eccleſiaſtici; non alienum videbatur primùm de vtrorumque [a] ſimul delictis agere, deinde de ſolorum Eccleſiaſticorum exceſſibus, vt hæc iura loquuntur, ſeorſum [b]. Porro cùm illa crimina quibus omnes delinquentes promiſcuè tenẽtur etiam Decalogi pręceptis aduerſentur, Decalogus autem geminum contineat ius cuius alterum ad ipſius Dei Optimi Max. agnitionem & cultum, alterum ad mutua hominũ inter ſe ſpectat officia (quod nos & partitiùs & luculentiùs commõſtrauimus in Syntagmate de Decalogo ſeu legum fontibus) rectè & huic ordini conuenienter factum fuit vt hic priore loco [c] commemorarentur ea ſeu vitia ſeu crimina quæ agnitioni cultuique Dei repugnant; deinceps [d] autem ponerentur illa quæ cõuerſationem ſpectant cum hominibus, qualia ſunt præter inobedientiam parentum (qui medium quid ſunt inter Deum nobis & hominẽ) cædes, adulteria, furta, falſa teſtimonia. nam de ſola alienorum concupiſcẽtia per Decalogi quoque finem prohibita, nihil in iudiciis humanis agi poteſt; quando cogitationis impiæ & cupiditatis indomitæ coërcitio ſolius eſt illius qui omniũ corda nouit & renes perſcrutatur vtpote verus καρδιογνώστης Deus Optimus Max. iudex autem homo crimina duntaxat eatenus

152 Ordo criminibus recitãdis idẽ qui Decalogi.

153 Cur nihil in iure de alienorum concupiſcẽtia.

[a] primùm de vtrisque ad ſimul

[b] ad ſeorſum

[c] commemorarentur

[d] autem

tenus punit quatenus manu quodãmodo tenere poterit. Igitur vt prius crimina contra Deum tendentia, quamuis consequenter quoque rempublicam & Ecclesiam turbantia, recensеamus, considerandum venit, hominis animum duabus potissimum facultatibus præditum esse, Intellectu & Voluntate: intellectus Deum agnoscere iubetur; voluntas agnitum colere. cultus autem Dei tria in nobis requirit; animum ipsum, linguam seu os, & opus externum. quô prior pertinet Decalogi pars; quam vel maximè violant Simoniani, vel, vt nostri loquuntur, Simoniaci, Iudæi, Saraceni, Hæretici, Schismatici, Apostatæ, baptismatis iteratores temeratoresque vel Anabaptistæ: qui cũcti partim à vera Dei cognitione partim à recto cultu diuino tum semetipsos tum suos assеclas auertunt ac reddunt alienos.

154 Ordo Decalogi planè diuinus.

Sanè omnia crimina ad comparationem Simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputari scripsit[a] olim Paschalis Pontifex Max. nempe quę vel ipsum Spiritum sanctum sibi quasi mãcipium quoddam subijcere nitatur, vt pulcherrimè Tharasius[b] Patriarcha Constantinopolitanus ostendit. vt mirum non sit, eam cæteris criminibus tanquam ducem quandam & antesignanam præmitti[3]. Cuius origo sceleris licèt ex Actis[c] Apostolicis notissima sit, vniuersa tamen Simonis Magi nequitia longè pleniùs memoratur ab Epi-

155 Simon cur totius choreæ Tragicæ ductor.

Tit. 3.

DE SIMONIA ET NE ALIQVID PRO SPIRITVALIBVS EXIGATVR VEL PROMITTATVR.

a cap. vlt. 1. q. vlt. & c. per haec. §. haec omnia. hoc tit.

b c. nec qui per pecuniam, 1. q. 1.

c Act. 8.

156 Simoniacũ inter cętera est, hominẽ sola fide iustificari.

Epiphanio [a], memorabile quid attribuit Simoni Diuus Ireneus [b]; inter cætera videlicet hoc eum docuisse, sola fide hominem iustificari. Simoniæ nomem ab hoc Simone Mago natũ, voce (sicuti videtur) satis antiqua, nempe quæ reperiatur & in prisca septimæ Synodi [c] generalis versione Latina. Ius hoc Pontificium pronunciat [d] eos esse simoniacos, quotquot & quicunque vel ad ordines Ecclesiasticos vel alia sacramenta Ecclesiæ vel ad Ecclesiasticas functiones vel ad Ecclesiastica beneficia vel ad vlla alia spiritualia vel spiritualibus annexa, siue per pecuniam siue per gratiam & fauorem, siue per quamcumque rationem aliam quàm per legitimam id est gratuitã & bene de Ecclesia merentium vocationẽ vel sibi parant aut parare student, vel aliis patefaciũt aut patefacere student, aditum. quos adeò detestabiles reputat & ob id inuisos habet Ecclesiastica legislatio, etiam nouissima [e], quemadmodum & eorũdem suffragatores & auxiliatores quoslibet, vt ipso iure sint excommunicati, nec ab alio quàm a summo Pontifice absolui queant; vt ab ordinum sic acceptorum executione suspensi sint; vt beneficiorum collationes & aliæ quæcunque prouisiones viribus omnino careant, vel ius inde nullatenus acquiratur, si realis fuerit simonia neque tantùm conuentionalis vel mentalis quæ dicitur; vt quilibet etiam infamis & criminosus

157 Simoniæ vox antiqua.

158 Simoniaci quinam iure hoc.

159 Pœnæ Simoniacorũ & his auxiliantium.

minosus & seruilis cõditionis homo tum ad accusandum tum ad testimonium aduersus istos dicendum admittatur. quanquam cùm tria sint Simoniacorum [a] genera, meritò benigniùs [b] agitur cum tertio genere; quod est eorum, qui non simoniacè quid consecuti sunt à Simoniacis. his non absimiles [4] & illi cẽsentur qui Ecclesiasticam iurisdictionem sub annuo censu exercendam vel tradunt vel accipiunt (graui vtrisque pœna constituta [c]) quíve sub annuo precio (vt ait Alexãder [d] tertius) ad Ecclesiarum regimen statuuntur. hoc tamen ad prædiorum Ecclesiasticorum locationem nõ pertinet [e]: fructus enim Ecclesiarum sub annuo censu concedi vel Ecclesiam. i. Ecclesiæ prædia locari seu ad firmam (vt nostri loquuntur [f]) dari posse iuris est notissimi. Simoniacis item connumerantur & illi qui pro seminarij alicuius Ecclesiastici instituendi docendíve [5] potestate quippiã vel dederint promiserintve vel acceperint exegerintve; siue de sacrę Theologię magistris quęratur siue de pręceptoribus grammaticis. vt autem faciliùs tales magistri possint inueniri, salubriter constitutum iam olim fuit [g], vt Prælati & Capitula iuuenes aliquot in studio Theologico continerent, qui per integrum quinquennium etiam absentes beneficiorum suorũ fructus integros perciperent, & quidem beneficiis fortè non sufficientibus publico sumptu

a 1. statuimus. cum c. seq. t. 5.

b 1. c. statuimus. cum c. seq. & c. de simonia. & c. ex insinuatione. hoc tit.

c 1. 1. & c. 2. hoc tit.

d 1. quoniam e. nostri. hoc tit.

e c. vlt. hoc tit.

f c. nostrã. de locato & cõ. ductis.

g c. super specula. hoc tit.

160 Tria Simoniacorũ genera.

Tit. 4.

NE PRÆLATI VICES SVAS VEL ECCLESIAS SVB ANNVO CENSV CONCEDANT.

Tit. 5.

DE MAGISTRIS ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI.

161 Seminaria Ecclesiastica.

sustentarentur & alerētur. Concilio quoque Tridentino [a] multa hûc pertinentia diligētissimè præscribente. Iudæos [b] à nobilissima quidē ac regia populi Israëlitici id est Iacobini (Iacob enim Patriarcha dictus quoque fuit Israël) tribu Iudę nominati, & veri Dei cultores tū ante tum post legem Mosaicam fuisse notum est. at, quia Patris æterni filium vnigenitum Iesum Christum Dominum & liberatorem redemptoremque nostrum agnoscere nolunt, Messiam suum semper adhuc & frustra præstolantes & expectantes, à vero cultu diuino sunt remotissimi, nobisque Christianis omnibus hostes infestissimi, quantumlibet à solo patrio sint extorres; post excidiū sub Tito & Vespasiano Imperatoribus Hiërosolymitanum lōgè latéque per orbem dispersi, Principibusac populis aliis passim tributarij. Saraceni populi sunt ex Agar ancilla Abrahami per Ismaëlem orti, vnde potius Agareni vel Ismaëlitæ sunt appellandi; quāuis ipsi glorioſum Saracenorum nomē sibi fraudulenter vsurpauerint à Sara eiusdem Abrahami vxore, cuius nimirum consensu rogatuque ille rem cum Agar Ægyptiaca habuerit & Ismaëlem genuerit; vt hac ratione non tam ancillā Agar quàm ipsam Saram sibi matrem iactabūdè fingant, ne videantur ipsimet (id quod sunt) proles Abrahami illegittima vel seruilis & adulterina, sed vera & genuina & legittima. quan-

Tit. 6. DE IVDÆIS ET SARACENIS ET EORVM SERVIS.

[a] Concil. Trid. sess. 25. cap. 18.

162 Saraceni potiùs Agareni vel Ismaëlitæ.

quanquam nõ desunt [a] qui propterea Saracenos hoc sibi nomen sumpsisse scribant, quòd ex Esau filio Isaaci, nepote Abrahami & Saræ legittimo, se descendere dictitẽt: sed hęc nominis ratio nimis longè videtur petita. Quoniam igitur & Iudæi & Saraceni complures viuunt inter Christianos, nõ sine grauissimo Christianorum inficiendorum peruertendorumque periculo, cõsultissimè cauit Ecclesia [b] vt habitu peculiari à Christianis distinguerentur; vt diebus parasceues ædibus suis includerentur; vt Christianos vel seruos vel famulos vel nutrices non haberent, licèt adscriptitios colonos Christianos habere non prohibeãtur [c]; vt omnes Christiani cõmercium cum illis exercere prohiberentur [d]; vt in republica Christiana publicis muneribus minimè præficerẽtur [e]; vt si quis illorum seruus baptizari velit, duodecim tãtùm solidis liberari vel inuitis etiã dominis possit [f]; aliaque id genus nonnulla, quæ pleniùs hic enumerari synopsios huius breuitas non patitur. Vt omnis hæresion [7] præcideretur occasio, prudenter hoc iure [g] constitutum fuit ne quisquã sacras literas interpretaretur seu concionãdi munus obiret nisi qui per Põtificem vel alios Catholicos Episcopos ritè & solẽniter ad id vocatus & missus esset; ac vt omnes [h] magistratus, etiã ciuiles, iurisiurandi religione ad exterminandos & profligandos hæreticos obligarentur:

163 Leges dictę Iudæis & Saracenis inter Christianos viuentibus.

Tit. 7. DE HÆRETICIS.

[a] Calius Curio lib. 1. historiæ Saracenicæ.

[b] c. quia super. 4. et c. non. nullis. 15. hoc tit.

[c] c. Iudei. hoc tit.

[d] c. quod olim. hoc tit.

[e] c. cùm sit nimis. & c. penult. hoc tit.

[f] c. vlt. hoc tit.

[g] c. cùm ex iniuncto. 12. c. excommunic. cæsus. §. quia verò. & sicut in vno corpore. hoc tit.

[h] d. c. excommunicamus. 15. §. monẽdum. hoc tit.

pœnis [a] multiplicibus ad hęreticos reprimendos neceſſariò ſancitis. Hæreticis abſimiles non ſunt Schiſmatici [8]; qui licèt in fide fortaſſis non errẽt, ab vnitate tamen corporis Chriſtiani ſeu Eccleſię Chriſtianę ſeſe ſubſtrahũt atque ſeparant, ordinis Hierarchici contemptores: grauibus etiã ſubijciendi pœnis. per quos factæ vel ordinationes vel beneficiorum collationes vel aliæ quæuis Eccleſiaſticæ prouiſiones irritæ decernũtur [b]; licèt ſubinde per meram gratiam conualeſcant [c]. pronus eſt hinc 9, id eſt ex hęreſi vel ſchiſmate, lapſus in apoſtaſiã id eſt fidei Chriſtianæ renunciationem defectionémve; ex hæreſi quidem, vel in atheïſmum vel Ethniciſmum; è ſchiſmate verò, in ordinis hierarchici deſertionem defectionemque: quod geminum eſt apoſtaſię genus de quo tractatur hoc loco. quibus non inconuenienter ſubduntur Anabaptiſtæ ſeu retincti, contra Chriſtum Dominum & verum Chriſti ſacramentum baptiſmatis (quod non niſi vnicum eſt) contumelioſi, quinimmò ſacrilegi.

Tit. 8. DE SCHISMATICIS ET ORDINATIS AB EIS.

Tit. 9. DE APOSTATIS ET REITERANTIBVS BAPTISMA.

164 Ordinis ratio.

165 De criminibus tabulæ Decalogi ſecundæ aduerſantibus, & Ordinis inter illa ratione.

Enumeratis hactenus iis criminibus quę principaliter aduerſus ipſum Deum tendunt & prioribus Decalogi pręceptis aduerſantur, conſequẽs eſt vt (quoniam nihil ſingulariter de honore parẽtum libris hiſce præcipitur) ordine dicamus de cæteris criminibus quæ poſteriora Decalogi pręcepta circa ſocietatis humanæ conſeruatio-

uationem versantia violant. Societas igitur humana tribus potissimùm officiorũ mutuorum generibus continetur; rerum externarum æquabili quadã temperatione [a], orationis linguæque communicatione [b], cogitationis denique & animi aliorum in alios moderatione tanta vt ne quid alienum vel concupiscatur quidem; quali de nuda concupiscentia iudiciis humanis nihil agi posse superiùs monebamus. Æquabilem illam vitæ societatisque humanæ temperationem conturbãt affectus praui, quorum fontes hi sunt; ira, libido, cupiditas. ex ira, cędes atque latrocinia; ex libidine, scortationes & adulteria; ex cupiditate & auaritia, furta & rapinæ. linguę verò & orationis communicationem turpissimè conspurcãt atque defœdant mendacia falsaque testimonia. De singulis itaque breuiter & eodem ipso prorsus ordine dispiciamus. Cædis omnium grauissimũ & atrocissimum genus est parricidium [10]. sanè mater quæ filium iracundię furore incensa occiderit, perpetuam in monasterio pœnitentiam peragere iubetur [c]; nisi vel vidua cùm sit propter incontinentiæ metum nubẽdi facultate eam non priuari satiùs esse videatur Ecclesiæ, vel habens maritum liberosque iudicetur expedire vt & marito adsit & liberos suos regat atque aliam aliquam sui sceleris pœnam luat [d]. Sin infans aliquis inter suos parentes cubantes iacens reperiatur

166 3 fontes affectuũ prauorum.

Tit. 10. DE IIS QVI FILIOS OCCIDERVNT

a *de qua titt.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

b *de qua titt.* 20. 21. 22.

c *c. 1. hoc tit.*

d *c. 2. hoc tit.*

riatur mortuus, neque constet vnde id illi acciderit, impunè quidem id ferre parentes non debent, attamen tristissimi casus habita ratione[a]: sibi certè conscíis parentibus trium annorum pœnitentia indicitur, quorum vnum integrum pane duntaxat & aqua transigentes victitent. His non absimiles habentur & isti qui filios quidem suos non interficiũt, sed eosdem vel infantes vel etiam languidos exponunt[11]. videtur enim necare qui abijcit & alimoniam denegat[b]. quamobrem talis vel à parẽte vel à patrono vel à domino vel ab alio quolibet ipsis aut scientibus aut ratum habẽtibus expositus, à patria potestate libertinitate seruitute liberatur; neque tamen ille qui tali subministrat alimenta ius aliquod propterea vel seruitutis vel nexus cuiuslibet in eum acquirit[c]. Cæterũ vt apertiùs perspiciatur, quæ, qualis, & quanta debeat homicidis quibuslibet infligi pœna, necessariò distinguendum est, studióne an[12] casu cædes fuerit perpetrata. Studio enim ac data opera & præsertim insidiosè aliquem interficiens, quantumlibet antè prouocatus, capitale crimen committit; adeò vt ne altare quidem ipsi sit[d] asylum: sic nimirum vel ipsa lege[e] diuina volente. Latronem tamen si quis interfecerit, cùm aliter se defendere non posset, non solùm per leges impunè fert, verumetiam per ius hoc Pontificium omni pœnitẽtiæ expiatione

Tit. 11. DE INFANTIBVS ET LANGVIDIS EXPOSITIS.

Tit. 12. DE HOMICIDIO VOLVNTARIO VEL CASVALI.

piatione caret [a]: quod & de fure [b] nocturno intelligendum est. Homicidis autem his annumerantur & isti qui impediendæ procreationis causa vel pharmaca vel veneficia vel incantationes quascunque mulieribus adhibuerint [c], vel abortui causam dederint [d] cùm fœtus iam viueret; quive homicidis operam dederint, vel sese adiunxerint, vel auctores interfectionis fuerint [e]. Certè quempiam interficiens, quantumlibet hostem iustum & inimicum religionis, vel causam interficiendi dans [f], irregularitatem (quam nostri vocant) incurrit g. quanquam si magistratus ipse Ciuilis pœnam sanguinis alicui infligat ex causa quapiam ciuiliter apud se per quẽlibet instituta [h], vel etiam ex homine facinoroso indicato [i], talis vel institutor vel actor vel iudex propterea non fit irregularis. At verò si omnino casu cædes fuerit commissa & quidem cùm rei licitæ opera daretur & omnis culpa prorsus abesset, homicidij crimen non committitur [k]. crimen tamen censebitur si non adhibuerit quis eam diligentiam & curam quam alioqui debuit ille qui rei licitæ operam dabat [l], vel si muneri alieno se immiscuerit, vt si monachus artem chirurgicam exercens casu aliquem extinxerit [m], denique quandocunque cædes casu fit canonibus prohibito, culpa grauissima iudicatur: adeo quidem vt si quis in conflictibus illis equestribus

a c. 2. hoc tit.
b c. 3. hoc tit.
c c. si aliquis. hoc tit.
d c. sicut ex literarum. hoc tit.
e c. sicut dignũ. hoc tit.
f c. de catero. hoc tit.
g c. petitio tua. hoc tit.
h c. postulasti. hoc tit.
i c. tua nos. §. ad vltimum. hoc tit.
k c. dilectus filius. & multa alia capp. hoc tit.
l c. presbyterũ. & c. ad audientiam. hoc tit.
m c. tua nos. in prin. hoc tit.

Tit. 13. DE TORNEAMENTIS.

& ludis haſtalibus (quos vulgus torneamenta 13 vocitat) fuerit interfectus, Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi prohibeatur a; niſi fortè non pugnandi cauſa veniens at obiter ob ſua negotia præteriens ab equis fuerit oppreſſus b. ſunt enim omnia illa certaminum genera quibus vitæ periculum creatur prohibita. inter quæ eſt & duellū 14, quam monomachiā Græci appellant. cùm Deus hac pugnandi ratione tentari videatur & multarum animarum periculum agatur, non pugnantium duntaxat ſed & ſpectantium. quare Clericus duellum vel offerens vel ſuſcipiēs, ab ordine ſuo remouetur c, niſi nō ſecuta morte neque membri mutilatione diſpenſandum cenſuerit Epiſcopus. quin etſi quis per alium quempiam duellum ſuſceperit qui aduerſarium interfecerit, ipſe nihilominus redditur irregularis; licèt hoc in caſu diſpēſationi quoad beneficium quoque ſit locus d. Poſtremò vitandi homicidij gratia aduerſus Chriſtianos & Catholicos bellum inter ſeſe gerentes ars 15 iſta mortifera ſagittariorum & baliſtariorum ſub anathematis id eſt excōmunicationis pœna prohibetur. Adulterium 16 licèt in alienam coniugem propriè e cōmittatur, vt ſtuprum in virginem viduámve, tamen hoc iure Pontificio par eſt viri & vxoris torum coniugalē quomodocunque violantium cauſa, propter mutuæ fidei ſacramentum. quamobrem ſeparatio tori tam vxori

a c.1. hoc tit.
b c.2. eod.
c c.1. hoc tit.
d c.2. hoc tit.
e Innoc. de vit. & hon. cleric. in princip.
f c. quia vehementi 4. q. 4.

Tit. 14. DE CLERICIS PVGNANTIB. IN DVELLO.

Tit. 15. DE SAGITTARIIS ET BALISTAR.

Tit. 16. DE ADVLTERIO ET STVPRO.

167 Adulter iure Pōtificio quiſnam.

vxori contra maritum alteri cuicũque ſeſe miſcentem quàm viro contra vxorem adulterãtem permittitur. Adulter, inquit Feſtus Pompeius, & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram & hæc ad alterum ſeſe conferunt. Si vir vxorem ſuam quàm ſcit adulterari, nihilominus retineat, eiuſdem quoque ſemetipſum criminis reum [a] facit. Ac tametſi ob ſolas nudasque ſuſpiciones aliquem accuſare periculoſum ſit, marito tamẽ vxorem vel propter nudam adulterij ſuſpicionẽ impunè accuſare licet [b]. Qui verò virginẽ conſtupravit, eam ex lege Moſaica Chriſtianis legumlatoribus approbata [c] vxorẽ habere atque dotare tenetur. ſin ipſa nolit hũc virum, pro modo dotis quam virgines accipere ſolẽt nihilominus eam dotabit. E contrario autem ſi conſtuprator ipſe hanc noluerit vxorem ducere, datione dotis mulctatus & corporaliter caſtigatus & excommunicatus in monaſterium pro ſalutari pœnitentia retrudetur [d]. Furtum nõ ſolum dicitur quod clàm fit & in furno id eſt obſcuro [e] ac tenebris, verumetiam quod vi: quanquam hoc propriè rapinæ illud furti nomen obtinuit. vnde raptores dicuntur qui vi aliquid eripiunt; quẽadmodum qui puellam vel mulierem vi abducũt, raptus crimen incurrunt; quiq; liberos homines furantur, plagiarij nominantur. nec etiam furti rapinæve nomen euitant & illi qui vſuras exercent. Nam vt D. Ambroſius [f]

a l. vir ſciẽs. hoc tit.

b c. maritus. hoc t.

c c.1. hoc tit.

d c.2. hoc tit.

e Feſtus. de verb. ſign. in prin.

f c.ſi quis vſu. 14. q.4.

168 Furtum quàm latè pateat.

ait, si quis vsuram accipit rapinam facit & vitanon viuit; nec minus restitutioni est obnoxius [a] fœnerator quàm aut fur aut raptor. inter omnia igitur furti genera nullum est grauius sacrilegio [17] & violatione & cõcremationè templorum Deo Opt. Max. vel Diuis eiusdem dedicatorum; quod crimen & excommunicatione & Ecclesiasticæ sepulturæ priuatione (nisi pœnitentia fuerit secuta) punitur [b], huic proximum est raptus; quem ibi committi scribit Lucius tertius [c] Pontifex vbi nihil antè de nuptiis agitur. quinimmo si post raptum verè commissum puella seu mulier raptori in nuptias vltrò consenserit, criminis pœna cessat [d]. De plagiariis certe conuictis capitale supplicium lege Mosaica sumitur [e]. alioqui fures alij præsertim occulti post ablatorum restitutionem à sacris etiam ordinibus non arcentur [f]. atque adeò furtum simplex in famis aut nuditatis necessitate committens leuissimo pœnitentiæ genere puniri solet [g]; modò tandem reddiderit fur huiusmodi ablatum si possit; cùm iuxta D. Augustini dictum non remittatur peccatum nisi restituatur ablatum [h]. Vsuræ [19] nomine intelligimus quidquid amplius ab aliquo exigitur quàm est illud quod ipsi datum est. vel vt breuiùs ait Gratianus [i], quidquid vltra sortem exigitur; siue illud in pecunia siue in mercibus siue in tritico siue in vino siue in oleo siue quacũque demum

Tit. 17. DE RAPTORIBVS, INCENDIARIIS, ET VIOLATORIBVS ECCLESIARVM.

169 Raptus.

Tit. 18. DE FVRTIS.

Tit. 19. DE VSVRIS.

mum alia in re consistat. quare si mutuum dederis & pignus acceperis cuius emolumẽta vel fructus abs te percepti deductis sumptibus sorti respondeant, & pignus illud reddere teneris & debitor liberatus erit absque vlla [a] alia solutione. quod tam Ciuili [b] quàm Pontificio [c] hoc iure cautũ reperitur. De pœnis [d] fœneratorum nihil hic dicimus ne simus longiores. ignotum nõ est Catonis hominis Ethnici de fœnerantibus iudicium. Falsi crimen [20] variè committitur; nunc testimoniis in iudicio dicendis, nunc scripturis ac monumentis literarũ conficiendis, nũc moneta cudenda, nunc aliis ac aliis modis compluribus. Testis falsus tribus fit obnoxius, vt D. ait Augustinus [e]; primùm, Deo cuius præsentiam contemnit; inde, iudici quem peierando mentiendóve fallit; postremò, homini innocenti quem falso testimonio lędit. rationes deprehendẽdi criminis huius in literis Põtificiis admissi varias enumerat Innocentius 3 [f]. Certè sententia iudicis per occasionem falsarum literarũ lata, executioni mandãda non est. pœnaq́; clericos falsarios grauissima [g] manet. A falsi crimine non aliena sunt sortilegia [21]; sunt autẽ sortilegi (definiente Isidoro [h] Hispalensi) qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas Apostolorum seu Sanctorum vocant sortes, diuinationis scientiam profitẽtur, aut quarumcumq; scripturarũ inspectionibus futura promittũt. quin &

Honо-

Tit. 20. DE CRIMINE FALSI.

Tit. 21. DE SORTILEGIS.

a ſ. fœnerator. 14. q. 1. c. vlt. & hoc tit.

b l. 1. & 2. C. de fœnerat.

c c. 1. hoc tit.

d c. quia in nonnullos, & c. nonnulli, & c. hoc tit.

e c. 1. hoc tit.

f c. licet ad reprimendum, & c. quam grauiter. hoc tit.

g c. qui audierint, & c. ad falsarium. hoc tit.

h c. sortilegi. 26. q. 1.

170 Sorte ne fiant electiones Ecclesiasticæ.

Honorius [a] tertius Pontifex vsum sortis cuiuslibet in electionibus Ecclesiasticis perpetua prohibitione damnauit. furta quoque si quis per sortes requisierit, per quadraginta dies pœnitere [b] cogitur: atq; sacerdos in furtis requirēdis inspectione

171 Per astrolabiū ne furta perquirantur.

astrolabij vtens grauiter punitur [c]. Quin & collusores [22] in litibus, à falsi crimine non excusantur. quo fit vt de beneficio

Tit. 22. DE COLLVSIONE DETEGENDA.

Ecclesiastico per collusionē litigantes (vt illud nimirum postea per transactionem scilicet vel aliter interueniente pensione peruenias ad actorē) in perpetuum omni spe [d] beneficij huius de quo simulatè litigauerunt, priuentur. In criminalibus item causis accusatione per collusionem derelicta, nihilominus ex officio per ipsum iudicem vel per nouam accusationē iterum criminale iudicium instaurari poterit [e]. Atque hæc quidem omnia quæ de criminibus tam priori quàm posteriori Decalogi parti aduersantibus dicta sunt, ita

Tit. 23. DE DELICTIS PVERORVM.

semper accipi debent vt in [23] pueris decimum quartum ætatis annum nondum egressis ea lōgè mitius puniri [f], quinimmò frequenter ne vllo quidē modo puniri [g] meminerimus. Hactenus de criminibus

172 De criminibus Clericorū peculiaribus, quæ trium sunt generum.

quæ tam in laicis quàm in Clericis promiscuè notantur atque puniūtur; iam ordinis à me præmissi ratio postulat vt de criminibus nonnullis Clericorum peculiaribus agatur seorsum. nam cùm homines Ecclesiasticos seu Clericos exēplum

vitæ

vitæ & omnis modestiæ pietatisque reliquo populo se deceat exhibere, meritò quædam culpantur & reprehenduntur & puniuntur in illis quæ vel omnino non habent in aliis hominibus reprehensionē vel[2] certè leuiùs feruntur vel[3] etiā locum prorsus non inueniunt vt in solos homines Ecclesiasticos cadentia. Primi generis est, esse venatorem [a]; secundi, percussorē [b] vel maledicum [c]; tertij, sacrorū sacramentorumque administrum illegittimum id est canonibus minimè cōformem [d]. Quæ singula sic accipe, siue de promiscuo communique omniū Ecclesiasticorum grege quæratur siue de eorūdem Prælatis [e] ipsis; item siue de vrentibus iure communi, siue de illis etiam qui priuilegiis [f] quibusdam præ cæteris donati sunt: quia de Prælatorum deque Priuilegiariorum seu Priuilegiatorum (sicuti loquuntur nostri) criminibus & excessibus peculiaria quędā constituuntur. Igitur venatio[24] viris Ecclesiasticis planè prohibetur; tam Episcopis, Presbyteris, Diaconis, quàm aliis Ecclesię ministris atque Clericis quibuscunque. quo fit vt neque canes venaticos nec accipitres nec falcones ipsis alere permittatur [g]; pœnis pro personarum varietate variis per Aurelianense Concilium [h] sancitis. Percussor[25] hic nominatur qui ad pugnas & conflictus propēsior & paratior alios vel ipse verberat vel verberari curat. qui non solùm grauiter corripiendus est sed & offi-

1
2
3

Tit. 24. DE CLERICO VENATORE.

Tit. 25. DE CLERICO PERCVSSORE.

a 24. b 25. c 26. d dist. 27. 28. 29. 30. e dist. 31. 32. f dist. 33.

g c. prohibere. hoc tit.

h c. prohib. hoc tit.

& officio suo nisi resipiscat mouendus [a]. quin & Episcopus ipse crudeliter quempiam fustibus cædi iubens per duos menses à sacrorũ administratione iubetur abstinere [b]. si quis tamen Clericus in repellenda vi sese defenderit lapidesque proiecerit vndè mors insecuta non est (quantumlibet manibus aliorum in eodem cõflictu pugnantium quis interierit) nec vt homicida punitur [c] nec ab ordinũ sacrorum susceptione arcetur [d]. Maledici cùm in summum Pontificem Pontificisve potestatem, tum blasphemi simul in ipsum Deum vel D. Virginem vel alios Diuos non ab Ecclesiastico tantùm iudice sed & à Ciuili magistratu (quem compellere debet adhoc, si videatur opus, iudex Ecclesiasticus) grauissimè puniendi sunt; vt pœnæ grauitas terrorem incutiat aliis. Sacrorum sacramentorúmve administri [27] illegittimi seu Canonibus minimè conformes deprehenduntur omnes isti qui vel excommunicati sunt vel depositi vel interdicti; vel qui sacros ordines omnino non susceperunt [28], vel si susceperint non ordine tamen neque rectè, sicut oportebat, sed aut per saltum [29] (vt nostri loquuntur) aut clàm ac furtim [30] seu quasi per obreptionem eos consecuti fuerunt. omnes hi ministrando peccant. ministrare autẽ hic accipe pro λειτουργεῖν vel sacrificare; sicut illic [e], *Ministrantibus illis* &c. quorum omnium & singulorum

quænam

a 1. Tim. 5.

b 1. Tim. 3.

c Exod. 21.

d Leuit. 21.

Tit. 26. DE MALEDICIS.

Tit. 27. DE CLERICO EXCOMMVNICATO, DEPOSITO, VEL INTERDICTO, MINISTRANTE.

Tit. 28. DE CLERICO NON ORDIN. MINISTRANTE.

Tit. 29. DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO.

Tit. 30. DE EO QVI ORDINES FVRTIVE SVSCEPIT.

173 Ministrare quid.

quænam sint pœnæ, cuiuis in promptu est inspectis titulis videre. Prælatorum delicta vel excessus in ipsorum subditos variè committuntur; nunc in exactionibus indebitis faciendis & exercendis, nunc in iurisdictione sua contra vel præter ius & æquum administranda, nunc in auctoritate rerum quoque illarum quæ solius Pontificis Romani sunt gerendarum sibi sumenda, nunc in priuilegiis aliorum violandis, nunc alio quocumque modo limitibus tum legittimæ suæ functionis tum rationis temerè transiliendis & excedendis. à quo quidem excedendi verbo nominantur Pontificio iure hoc EXCESSVS [a]. Debent quidem subditi suis Prælatis obedientiam & varia officiorum genera [b]; siue in fide debita præstanda siue in vitæ suæ totius innocentia rebus ipsis declaranda; sed Prælati suos viciſſim subditos charitate quadam paterna complecti debent. alioqui Prælatorum excessus ita iubent puniri Pontifices vt illorum exemplo cæteri terreantur [c], & quidem vt eorundem imperio contra aliena priuilegia quid iubentium impunè non pareatur [d]. Sanè si de crimine quopiam à se commisso quis Clericus gloriaretur, siue Prælatus esset ipse siue subditus, is ab omni officio & beneficio suo suspendendus esset [e]. Atque inter alios quidem cùm Clericorum cæterorum tum Prælatorum excessus est & noui ope-

Tit. 31. DE EXCESSIB. PRÆLATORVM ET SVBDITORVM.

174 Mutua Prælatorũ subditorumq; opera, & mutuũ officium.

175 Gloriatio de crimine turpissima.

a hoc tit. et alibi passim.

b cap. 6. 14. 15.

c c. 1. hoc tit.

d c. semel. hoc tit.

e c. quidam sit. hoc tit.

Tit. 32. DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

ui operis in alterius præiudicium inchoatio molitio 32 & erectio. quamobrem si nouum opus molienti nunciatio (hoc est prohibitio solennis) iustè fiat, quidquid pòst ædificauerit id vniuersum suis ipse sumptibus demoliri cogetur, etiãsi ædem aliquam sacram extruxerit [a]. est autem in arbitrio & optione [b] nunciãtis, vtrùm intra tres menses de præiudicio suo docere (interim opere cessante) an verò recepta cautione de diruendo restituendoque interim ædificare permittere malit. Restat hoc duntaxat vt de eorũ delictis qui certis quibusdam priuilegiis 33 præ cæteris gaudent, ac obiter hac occasione de priuilegiis ipsis, breuissimè dicatur. Hos ita priuilegiis donatos ius Põtificium vocat *Priuilegiatos*, Vlpianus [c] & alij scriptores Latini *Priuilegiarios*; vt & ius hoc *Beneficiatos*, quos alij auctores Latini *Beneficiarios*. De priuilegiorum igitur vel interpretatione vel sententia semper iudicandum & æstimandum erit ex ipsorum formula seu tenore, qui diligenter inspiciendus [d] est: secundum hunc accuratè seruãda sunt priuilegia. Sed priuilegiorum literis fortè deperditis, nihilominus per testes idoneos qui eas ipsi viderint & legerint & sine vitio fuisse adseuerauerint, probata earundem literarum sententia, pro talibus iudicanda sunt priuilegia qualia ex testimoniis huiusmodi fuisse liquet [e]. Alienorum violatores priuilegiorũ, suis ipsi priuilegiis

Tit. 33. DE PRIVILEGIIS ET EXCESSIB. PRIVILEGIATORVM.

a cap. fin. de

b cap. fin. hoc

c l. vltim. in princ. ff. de

d l. vltim. hoc

e cap. fin. de

uilegiis meritò priuantur [a]. Cauendum verò cumprimis est ne suo quis priuilegio abutatur, alioqui periculum eius adimendi & amittendi subiturus. nam tametsi quis insignitus priuilegio Clericali, sine habitu & tonsura more laicorũ comprehendatur in delictis à Ciuili Magistratu, & ab eodem puniatur, Ecclesia æqui boniq̃ cõsulere solet; quia malitiis hominum indulgeri non debet sed potiùs obuiari, vt Honorius 3 Pontifex ad Angliæ Reginam scripsit [b]. Quod si qua sit Ecclesia quę per integros annos [c] 40 priuilegio sibi concesso non vtatur, tali suo priuilegio renunciasse satis intelligitur.

[a] dicti. hoc tit.

[b] ex parte huius fuit proposit. 27. huc tit.

[c] accedentibus huc tit.

176 Tertiũ totius huius libri membrum generis duplicis.

Post explicatas criminalis iudicij instituendi rationes, enumeratis deinceps ordine criminibus omnibus quæ in Ecclesiasticum forum deducuntur, partitionis à nobis initiò factæ ratio postulat vt de pœnis, hoc est de tertio totius huius Decretalium libri quinti membro, tandem tractetur. De pœnis infligendis quæritur in duobus delinquentium generibus: vnum 1 genus est eorũ qui de crimine quopiam vel criminibus malè duntaxat audiunt, i. publicè diffamantur atq; suspecti sunt licèt conuinci nequeant; alterum 2 genus est eorũ qui præterea iam vel conuicti sunt vel in iure confessi. diffamatis indicitur antea purgatio, cõuictis vel pro cõuictis habitis infligitur propriè pœna. Purgationis item genus duplex est; cuius

1

2

177 Canonica vulgarisq; purgatio cur sic dicta.

alterum iure Canonico approbatur ideoque purgatio Canonica dicetur; alterum tanquam à cœci vulgi temeritate natum reprobatur, quæ vulgaris hinc purgatio nominatur. Quoniam igitur deficientibus probationibus vel cõfessionibus nemo iure puniri debet (nisi crimen omnino sit notorium[a]) cùm tamen è contrario indignissimum sit cum sceleratis hominibus licèt non conuictis attamen vehementer suspectis dissimulare, non sine maxima grauissimaque totius populi offensione; salubriter hoc[34] iure Pontificio cautum fuit vt de criminibus ita suspecti cogantur suam innocentiam per iusiurandum suum ipsimet profiteri; testibus item pluribus viris integerrimæ fidei simul adductis qui quoque iurati confirment sese credere iusiurandum hoc profitentis (quę probè nouerint) esse verum. quod nostri satis accommodato huic rei verbo *purgare* dixerunt. Atque Episcopus quidem se purgans, per alios adhuc duodecim sui ordinis olim sese purgare tenebatur; sacerdos, per septem; Diaconus, per tres. Id quod nostri[b] appellant duodecima vel septima vel tertia manu iurare. sed hoc paulò nuncaliter de numero compurgatorum partim faciliore partim difficiliore pro circumstantiarum videlicet varietate videmus[c] esse cõstitutum. Deficiens in purgatione, tanquam conuictus[d] puniri consueuit. Alterum purgationis genus

Tit. 34. DE PVRGATIONE CANONICA.

178 Quota manu iurare.

Tit. 35. DE PVRGATIONE VVLGARI.

nus vulgo 35 multos apud populos vsitatum sed canonibus improbatum [a], vel duello fit vel candenti ferro vel aqua feruenti vel etiam frigida [b] vel aliter. ita scilicet vt si quis in duello fuerit superior vel candentis ferri vel aquæ feruentis contrectatione sumptionéve non lædatur vel aliter quasi miraculo liberetur ac euadat, innocens iudicetur, & rectè sese purgasse credatur. stulta res ac temeraria. Cęterùm, sicut in purgatione deficiętem puniri diximus, ita è contrario canonicè seu legittimè sese purgans absoluitur. immò cuius fama per iniuriam læditur, is aduersus insectatores iniuriarum habet actionem [c], quo fit vt & hoc loco de iniuriis & damno dato 36 ius Pontificium agat. maximè autem, quòd pœnæ, de quibus mox dicetur, sine fraude vel iniuria aliqua præcedente nemini possint infligi. Damnum, inquit Paulus [d] Iurisconsultus, & damnatio, ab ademptione & quasi diminutione patrimonij dicta sunt. quod idem & longè ante Paulum hunc Marcus Varro de lingua Latina adnotauerat [e] dum lucri & damni Etymon traderet. Et siquidē damnum datum fuerit per iniuriam, ex L. Aquilia [f] competit actio; sin damnū à quadrupide [g] datum sit, pauperies propriè dicitur. De vtroque damni genere plenius in Pandectis. exempla autem tum iniuriæ tum pauperiei potissimùm hîc ex lege Mosaica [h] ad verbum recitantur [i] atq;

Tit. 36. DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

179 Ordinis ratio.

180 Damnum vnde sic dictum.

a *Vide hoc tit. et c. consuluisti. 35.*

b *Quando fiat per purgatio nem recursus ad sententiam Gregorii. Nec ter vel mo. nach. neg. se. qui. se immis. num. 17.*

c *Item apud Labeonē. §. qui libello. ff. de iniur. et fam. libel.*

d *l. 3. ff. de damn. infect.*

e *Marc. Varro de ling. Lat. lib. 4.*

f *Vide tit. ff. ad l. Aquil.*

g *Vide tit. ff. si quad. paup. fec. dicatur.*

h *Exod. 21. & 22.*

i *cap. 1. 2. 3. 4. &c.*

ciuitate Christiana donantur. Sed aliud
181 Damna & Expensę separantur. est damnorũ restauratio, aliud satisfactio expensarum, vt hoc loco Gregorius a nonus docet. quamobrem iusiurandum de damnis non restaurãdis interpositum, ad expensarum repetitionẽ nequaquam extenditur. Sed iam tãdem de pœnis ipsis, quarum occasione tres hi tituli superiores proximè memorati præcessêre, dicamus. *Pœna* generali nomine, sicut Vlpianus definit b, *est omnium delictorum coercitio; mulcta, specialis peccati; cuius animaduersio hodie pecuniaria est.* Atque hoc quidem titulo non solùm de pœna in criminalibus 1 iudiciis agitur, verumetiam de pœna tum condemnationis in expensas 2 ex causis etiam pecuniariis c, tum conuentionali 3. quam tamen conuentionalem pœnam neuter contrahentium petere poterit si vterque aduersus cõtractum venerit d; & ad quam pendendam non teneri eum qui ad certam quantitatem soluendam sub pœna obligatus erat, si ad diem dictum maiorẽ eius quantitatis partem soluerit, æquitate summa sic postulante constituit Innocẽtius e tertius Pontifex. De pœnis propter crimen infligendis hoc primùm in genere statuit Concilium Toletanum f *vt ea quæ frequenti prauaricatione iterantur, frequenti sententia condemnentur*. Pœnarum autem Ecclesiasticarum criminibus destinatarum de quibus hîc loquimur varia sunt genera; quarum

Tit. 37. DE POENIS.

182 Quàm latè pateat hic titulus.

1
2
3

183 Pœnæ criminum.

184 Ecclesiasticæ pœnæ multiplices.

rum tamen nullæ sanguinis habent effusionem, cùm illa pœna non Ecclesiastici sed secularis fori sit, & ius Pontificium facinorosos homines non è medio tolli sed emendari velit: quandoquidem non alium spectat finem quàm animæ salutem. Cunctarum autem pœnarum Ecclesiasticarum grauissima est excommunicatio[1], de qua paulò pòst peculiaris titulus est. secundum obtinet in pœnarum Pontificiarum catalogo locum degradatio[2] nostris dicta; qua fit vt vir Ecclesiasticus ob crimen aliquod atrox à se perpetratum priuilegiis omnibus clericalibus & ordinibus ipsis Ecclesiasticis exspoliatus (charactere nihilominus vt indelebili remanente) curiæ brachióve seculari relinquatur: ita tamen vt iudex Ecclesiasticus eiusdem degradati Rei mortẽ deprecari[a] debeat apud iudicem secularem. non solùm enim sanguinis pœnam nõ debet ipse iudex Ecclesiasticus irrogare, verumetiam ab omni voto seu desiderio sanguinis effundendi longissimè abesse[b]. Quanam verò solennitate degradatio ista fiat, copiosè docet Bonifacius[c] octauus. Huic pœnę proxima est ad carceres[3] perpetuos condemnatio. *quamuis enim*, vt idem Bonifacius[d] ait, *ad Reorum custodiam non ad pœnam carcer specialiter deputatus esse noscatur, nos tamen non improbamus, si Clerici confessi de criminibus vel conuicti (eorum excessibus & personis cæteris q̃, circũstantiis prouida*

1 1

2 2

3 3

a c. nouimus. j. de verb. sign.

b c. quod in dubiis. hoc tit.

c c. degradatio. lib. 6. eod.

d c. quamuis. lib. 6. eod.

uida deliberatione penſatis) in perpetuum vel ad tempus, prout viſum fuerit expedire, carceri mancipentur ad pœnitentiam peragendã.

Ab hac pœna non eſt aliena & in arctum aliquod monaſterium 4 detruſio [a]. nonnunquam etiam exilij 5 pœna infligitur, & character ſeu [b] ſtigma 6 imprimitur, vel verbera 7 dantur ita tamen ne ſanguis [c] erumpat. Quin & beneficiorum & dignitatum & priuilegiorum ademptionem [8], ſuſpenſionem 9 ſeu ab officio ſeu à beneficio, interdictionem [10], inter pœnarum genera eſſe non eſt obſcurum. Pecuniariam certè pœnam ſeu mulctam propter delictum aliquod exigi promiſcuè, quia id de radice cupiditatis & auaritiæ prodire videtur, Honorius [d] quartus Pontifex meritò vetuit. Pœnis hiſce connumerantur & pœnitentiæ [11]. Pœnitentias [38] hic intelligimus pœnas illas, vel, vt ſignificantiùs exprimatur, illum expiandi modum qui peccata ſua Catholico more cõfitentibus ab habente poteſtatem ſoluendi ligandiq́ue pro ſatisfactione quadam præſcribitur & iniungitur. Ad huiuſmodi verò confeſſionem vnũquemque Chriſtianum (poſtquam doli fuerit capax) ſemel vt minimùm in anno teneri Catholica [e] voluit Eccleſia: ſacerdote qui confeſſionem excipit, eandem ſanctionibus grauiſſimis prodere prohibito; ſub pœna nimirum detruſionis in arctum aliquod monaſterium ad perpetuã pœnitentiam peragen-

4 5 6 7 8 9 10 11

185 Ne mulcta pecuniaria delinquentibus infligatur.

Tit. 38. DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

186 Confeſſionis Chriſtianæ neceſſitas.

a c. tua diſcretio. 1. c. adiuuãti. 1. c. cum infirmitas. 2. c. cum infirmitas. 1. d c. licet canon. hoc tit. e c. omnis vtriuſq; ſexus. hoc tit.

agendam quod quidem confitendi remedium adeò salubre atque necessarium est, vt medici quoque corporum ad ægrotos vocati, edicto teneantur hos ante omnia inducere ad medicos animarum simul aduocandos[a]; cùm & ex animi sanitate pendeat sæpe sanitas corporis. pœnitentiis itaque semel iniũctis omnino satisfaciendum est; nisi per gratias & remissiones id est indulgentias hæ pœnæ seu pœnitentiæ condonentur. sed quoniam de iure iubilæi & indulgentiarum peculiare dedimus alibi Syntagma, nihil est quod hîc amplius addamus. quare veniamus ad ius excommunicationis 39. quod pœnæ genus antiquissimum est in Ecclesia Christiana, vtpote ab ipsius Christi & Apostolorum doctrina profectũ: dum is qui Ecclesiam non audit nec ei vult obedire tanquam Ethnicus & publicanus haberi, dum hæreticus homo post commonitionem trinam deuitari, dum homines contaminati sceleribus & obstinati Satanæ (tanquam Ecclesiæ Christianæ carnifici) ad interitum & afflictionem carnis tradi, iubentur: donec nimirum resipiscant & ad Ecclesiæ gremium redeant. nec enim excommunicatio fit vt quis pereat, sed vt pudore suffusus in gratiã cum Deo Deique Ecclesia redeat[b]. excommunicatio nempe neruus est Ecclesiasticæ disciplinæ. quem gladium habet Ecclesia spiritualem non ad occidendum sed ad viuifi-

[a] c. cùm infirmitas. hoc tit.

[b] c. inter hæc. 33. q. 2.

187 Indulgẽtiarum Syntagma cõsule ab Auctore editum.

Tit. 39.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, adde tu liberrimè SVSPENSIONIS, ET INTERDICTI.

188 Excõmunicationis antiquitas & origo.

189 Excõmunicatio medicinalis.

candum[a] vt Nicolaus Pōtifex loquitur[b]. Excommunicatio noſtris alia maior alia[c] minor nominatur: maior eſt quæ non ſolùm à perceptione ſacramentorū verum etiam ab omni conſortio & communione Chriſtianorum ſeparat, quæ vocatur & Anathema: minor eſt quæ duntaxat à ſacramentis arcet. hæc pœna nunc incurritur ipſo iure, nunc irrogatur per ſententiam iudicis. incurritur ipſo iure, quando propter ſcelus aliquod enorme canon aliquis ipſe ſententiam tulit excommunicationis in quoſcunque tale quid perpetrantes. qualis canon ob id vocatur canō latę ſententiæ quaſi qui ſententiam latam ſecum adferat. exēplum ſit in eo quicunque ſacerdotem vel alium Clericum vel religioſum religioſàmve percuſſerit[d] aut violentas illis iniecerit manus, vel incendiarius fuerit. quales homines non niſi à ſummo Pontifice eiúsve Legato poſſunt abſolui, niſi cauſa quæpiam neceſſaria ab adeundo Pontifice vel eius Legato ipſos excuſauerit. irrogatur excommunicatio per ſententiam iudicis his qui ſeſe contumaces & Eccleſię iudiciáque ſuo Eccleſiaſtico rebelles re ipſa declarant. qualis excommunicatio magnis olim ſolennitatibus[e] fieri conſueuit; accēſis videlicet candelis & in terram proiectis & cōculcatis. At, in neminem prorſus excommunicationis eſt ferenda ſententia, niſi trina monitione præmiſſa, nec niſi ex cauſa & manifeſta

190 Duplex Excōmunicationis genus; Anathema, & Excōmunicatio ſimplex vel minor.

191 Canon latę ſententiæ.

192 Trina priꝰ monitio.

a cap. intra. de cons. dist.

b d. c. intra. 3543

c c. grauit. 20.

d nota hoc casu c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4.

e c. 3.

nifesta & iusta, sicut in Concilio generali ex ipsius Christi doctrina (cuius antè memini) constitutum reperitur [a]. Sanè qui sciens prudensque communicauerit excommunicatis, excommunicationis pœnam, certè minoris [b], incurrit; quin & maioris [c], vbi communicatio talis fit in ipso delicto propter quod excõmunicatio fiebat. exceptis [d] tamen ipsorum excommunicatorum domesticis aliisque sine quorum consortio viuere excommunicati nõ possent. Illud submiretur quis non immeritò cur huius inscriptio tituli non sit æquè plena secúdum libros hactenus impressos atque est eiusdem tituli inscriptio in Sexto Bonifaciano & in Clementinis & in Extrauagantibus Ioannis 22[i]; sic nimirum, DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, SVSPENSIONIS, ET INTERDICTI; cùm tamen & *suspensionis* [e] & *interdicti* [f] mentio reuerà fiat hîc frequentiùs. Equidem id vitio vel scribarum vel typographorum contigisse suspicor; ideo defectum sentio liberrimè supplendum. DEPOSITIONIS [g] item, atque præterea PRIVATIONIS [h] meminit hic titulus. quę singula longè lateque differunt & inter se & à degradatione illa de qua sub titulo de Pœnis dicebatur. *Suspensio* & *interdictum* relinquũt spem restitutionis integrã; *Depositio* spem restitutionis (de restitutione in integrum hic non loquor) omnem præcidit atque tollit,

193 Cõmunicatio cum excommunicatis.

194 Mutila tituli præsentis inscriptio.

195 Depositio priuatio quid à degradatione differat.

a sacro. 48. hoc tit.

b c. cùm desiderés. & c. quod in dub. hoc tit.

c c. si concubinæ. 55. hoc tit.

d c. inter alia. hoc tit.

e c. cùm illorũ. 32. sub finẽ. & c. super eo. 51. & c. venerabilis. 52. hoc tit.

f c. offitio. 43. & c. peruenit. 57. hoc tit.

g c. cùm illo. sub princ. 32. hoc tit.

h c. grauẽ. 53. hoc tit.

tollit, quemadmodum & *Priuatio*, priuilegio tamen fori Clericalis manente saluo: degradatio tollit hæc omnia, priuilegium quoque fori. Nihil autem est aliud hoc loco interdictum quàm iudicis Ecclesiastici sententia vel decretũ, qua quóve vel certis personis vel etiam certis locis ob causas aliquas graues interdicitur vsus officiorum diuinorum perceptioq; sacramentorum. Quæ quidem tria, Excommunicatio videlicet & Suspensio & Interdictum, passim in iure hoc Pontificio *Censurarum* Ecclesiasticarum vocabulo intelliguntur [a].

196 Interdictũ quid sit.

197 Cẽsuræ Ecclesiasticæ.

a c. quicũque. 23. q. 5.

Explicatis omnibus vniuersi iuris Pontificij partibus, restat vt pro coronide breuis quædã iuris eiusdem comprehensio subdatur, sicuti fit & in legum Ciuilium Pandectis. Ac quoniam ius omne vocibus orationeq; constat, & rebus ipsis hoc est æqui bonique cognitione, de vtroque genere breuissimum quid adferamus. Vocum 40 & orationis interpretatio non minimam sæpè difficultatem habet annexam; quo fit vt vtrumque ius plenum sit harum explicatione. Atque in genere quidem id obseruandum est, vt quia mentis interpres est oratio, res autem nõ sermoni (sicut Hilarius inquit [b]) sed rei sermo subiectus est, intelligentia dictorum ex dicendi causis assumatur; vel, vt paulò clarius habet Cœlestinus Pontifex [c], non tam verba considerẽtur quàm volun-

Tit. 40. De verborvm significatione.

198 Mẽs magis quàm verba spectanda.

b c. in hilarius. 19. q. 1.

c in hoc tomulo 11.

voluntas : quandoquidem non intentio verbis at verba debent intentioni seruire. beneficia certè Principũ latissimè interpretanda esse rescripsit hoc loco Innocentius tertius [a]. De interpretandi in vniuersum officio sic sensit Gregorius [b] Papa; *Si prolixam*, inquit, *epistolam meam ad interpretandum accipere te fortasse contigerit, rogo non verbum ex verbo sed sensum ex sensu transferri, quia plerunque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur*. Nam & Augustino [c] teste, *nihil obstat narrandi diuersitas vbi eadem dicuntur*. At quia de verborum significatione copiosè & eleganter scripsit Alciatus, & singularum vocũ clausularúmve sub hoc titulo diuersis libris tam Pontificij quàm Ciuilis iuris comprehensarum interpretationem cuiuis ex ipsis fontibus petere procliue est, equidem verbum non amplius addam. Ipsius æqui & boni cognitio generalibus quibusdam sententiis [41] comprehensa est, quas vt Axiomata quædam philosophi, & Aphorismos medici, sic veteres Iurisconsulti Regulas appellarunt. quæ nimirũ ex vniuerso iure sumptę & in breue quoddam axioma contortæ seu coniectæ, rem quæ est breuiter enarrant [d]. non secus ac à causidicis & Rhetoribus causę totius in angustum quoddam fit coniectio; quo nimirum de vniuersi negotij litisque statu faciliùs liquere possit. Harum itaque Regularum ea est breuitas

199 Interpretãdi officiũ.

Tit. 41. DE REGVLIS IVRIS.

200 Causæ totius coniectio.

a cap. olim. hoc tit.

b cap. propterea. hoc tit.

c cap. nihil obstat. hoc tit.

d l. 1. ff. de reg. iur.

uitas vt si quis eas breuiùs tradere conetur, non compendium traditurus at magnum dispēdium sit ineptissimè facturus. Quare tandem sit hic, ad Dei Opt. Max. gloriam, ac publicum bonum, nostramq; salutem, Synopsios huius Paratitlaris ac totius denique Commentarij de IVRE SACRO in vniuersum seu Principiorum iuris Ecclesiastici finis diu desideratus & exoptatus.

Laus æterno DEO, *Virgini matri Deiparæ, Sanctisq; Dei cunctis. Amen.*

Auctoris, ex ruricolis orti pecuariis, insigne paternum *Tridens rusticus*; cum gnome subiecta.



Tridens laboriosus at beatus est.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
4730

